in c. Treguas n. 3. de Tregua, & Pace, Bald. *ibid.* & de hoc die artificiali loquuntur *text. in cit. cap. Treguas &c. quod à Partibus 75. dist. c. de Esu de consecratione dist.* 2. Et licet ex Censorini ad Qu. Cerellium sententia hic dies lucis dicatur naturalis, & alter viginti quatuor horarum civilis apud Macrob. *lib. 5. Satur. c. 3.* Gonzal. *c. consuluit de offic. deleg. n. 4. & in c. Treguas de Tregua, & Pace.* Hinc, quamvis tunc propriè dicatur dies, cùm Sol sit super terram, tamen communiter dies naturalis complectitur 24. horas, & sic lucem, ac tenebras juxta *l. more Romano ff. de feriis*, & quia nox diei inservit, dicitur quoque dies, non è contra, Tiraquell. *de retrac. conjung. §. 1. gloss. 12. n. 1. cum seqq.* Bald. *in cap. Ego N. num. 3. de Jur. Jur.* Ripa *de nocturno tempore c. 3. per tot. & n. 24. & 26.* ac latè Scacc. *de Jud. l. 2. cap. 3. n. 295.* qui reprobata opinione Censorini, id firmat, nec noctem considerari debere in ordinem ad diem naturalem.

4 Hic igitur dies naturalis juxtà communem opinionem, vel civilis juxtà aliquos, diversimodè initium sumpsisse dicitur *in c. l. more*, quia apud Athenienses ab Occasu ad Occasum, sicque etiam apud Hæbreos, Manichæos, & etiam Italos, juxtà usum nostri horologii; apud verò Babilonios ab ortu, ad ortum, & sic servari in treguis adest *text in cit. cap. Treguas*, ita à meridie ad meridiem apud Arabes, Umbros post cit. Gloss. dixerunt Tiraquell. *tract. de lignager. §. primo gloss. 11. num. 2.* Covar. *lib. 4. var. cap. 19. num. 5.* Ripa *cit. cap. 3. per tot.*

5 Romani verò à media nocte ad mediam noctem diei cursum computabant, ut in sæpè citata l. more, Castracan. *de Societ. c. 62. num. 4.* Lara de Cappellan. *l. primo cap. 9 num. 25.* Scacc. *de Judic. l. 2. c. 3. num. 302.* & factum post mediam noctem, sequenti die peractum dici debet Rot. *dec. 333. n. 1. p. 4. diverf. & dec. 19. num. 3. & 4. coram cl. mem. Card. Celf.* quæ media non nox est, quando sol est infimo Cælo, & ejus infimo puncto, unde vergere ad nos incipit, & ad Hemisphærium nostrum ascendere, Cujacius *observ. l. 15. cap. 32.* Gonzal. *c. consuluit de Offic. Deleg.* Fagn. *in cit. cap. Treguas num. 4.*

7 Vana tamen videtur assertio Auli Gell. noct. Attic. *l. 3. c. 2.* Macrob. *Saturn. l. 1. c. 3.* quod media nox sit semper in sexta hora noctis juxta etiam *l. ideoque ff. de Usucap. l. qua ætate ff. qui test. fac. poss. & l. p. ff. de manum.* Nam hæc intelligentia repugnat vario cursui solis, & inconstanti tempori, hinc in Æquinoctio media nox est in 6. hora juxta horologium Italicum, quod metitur diem per quatuor Senarios, non verò media nox est semper finis Senarii, sed juxta quantitatem noctium ex Garz. *de benef. p. 5. c. 1. n. 525.* & cit. Rip. *c. 6.* qui bene respondet contrariæ assertioni ex citatis legibus, quia id erat stante augumento horarum noctis, cum juxtà longitudinem diei, vel noctis horæ diei, vel noctis augerentur, itaut semper duodecim horæ lucis, & duodecim tenebrarum essent, proindeque horæ æstivæ longæ, Brumales breves dicebantur in die, è contra in nocte, quibus stantibus horis artificialibus, semper in sexta hora media nox cadebat, vel posset procedere juxta morem horologii brevioris apud Ultramontanos cum quo dividitur dies in quatuor Senarios, & in secundo Senario post meridiem dicitur media nox, sed verè juxta ordinarium horologium Hispanicum in duodecima hora noctis est media nox, ut liquet ex prædictis, & apud cit. Garz. *c. 1. n. 424.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 57. n. 184.* Rota *dec. 804. n. 4. coram Dunoz. Jun.*

8 Hinc firma regula est apud Beneficialistas approbata à Rota tempus pro reservatione Beneficiorum esse metiendum juxta morem Romanum in cit. *l. more*, de media, scilicet, ad mediam noctem Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 11. n. 9. & 10.* Castropal. *oper. mor. tom 2. tract. 13. disput. 3. punct. 22. §. 2. n. 1.* Cochier. *super cit. regul. in commen. n. 10.* Barbos. *cit. alleg. 57. n. 183.* Ripa *cit. cap. 60. n. 161. num. 3.* & Card. de Luca *de Benef. disc. 15. n. 4. & 5.* Rota *dec. 19. n. 5. coram Card. Celso & dec. 804. n. 5. coram Dunoz. Iun.*

Probatio enim obitus d. Abbatis post mediam noctem resultat ex Textibus uno ore deponentibus obitum illius fuisse post horam duodecimam noctis juxta morem Hispanicum, quæ correspondet mediæ nocti, & iidem Testes adducunt præcisam causam scientiæ, experientiam nempè Horologii Viatorii adducti à Secretario Dom. Episcopi ad hunc effectum in cubiculo Infirmi adstante, in quo Horologio jam elapsa erat duodecima hora noctis ante decessum Abbatis: inter quos Testis est idem Secretarius hoc affirmans, *Summ. pro Emanuele numer. 2.* quibus dictis consonant tot Testes deponentes de publica voce, & fama ut benè recenset decisio *Dom. mei Decani à §. Et primo.*

Unicum objectum pro Gaspare proviso ab ordinario ad- 9
ducebatur, inordinatio scilicet dicti Horologii, qua stante, nulla fides esset ei danda, ut apud *cit. dec. 19. n. 8. coram Celso*; Quam inordinationem probare conabatur ex pluribus, Primò ex dubietate D. Episcopi illud dicto Secretario tradentis, & ex attestatione ejusdem Prælati super illius inordinatione; Secundò, ex dubietate Secretarii illud gestantis à loco ubi commorabatur D. Episcopus ad Lucum Villæ de Hermedes, ubi Abbas obiit, & ex trepidatione eorundem Testium deponentium sub verbo *videtur*, ac inter ipsos variatione, Tertiò, ex inverisimilitudine itineris non equantis horas in dicto Horologio decursas, Et quartò demùm, ex depositionibus plurinm Testium super obitu 10
Abbatis ante mediam noctem, ex quibus, cum saltem dubium oriatur quoad tempus vacationis, id favere debet Proviso ab Episcopo, ut in his terminis Card. de Luca *de benef. disc. 15. per tot.* Gonzal. *cit. ad regul. 8. gloss. 11. n. 9.* Garz. *cit. c. n. 529.* Rot. *dec. 76. n. 1. & ult. p. 10. rec.*

Sed omnia præcisa sublata fuere: Nam quoad primum 11
Episcopi assertio uti facta ad substinendam propriam collationem non est attendenda: eo magis, cum fuerit serotina postquam certificatus fuerat de obitu Abbatis post mediam noctem juxtà Horologium abeo traditum Secretario, & regulariter non est Ordinario credendum, ut ultra adducta in decisione D. mei Decani §. *Minus*, dixit Rota *dec. 856. n. 3. & 6. coram Buratt.* & in similibus terminis, etiamsi attestans sit integerrimæ qualitatis, non recipit fidem, quando concurrit proprium emolumentum *dec. 387. n. 7. & coram Priol.* Imò ea inordinatio non percutit tempus obitus; eoque magis excluditur, stante confrontatione dicti horologii ante mediam noctem, cum illo audito in loco de Fuensalida *Sum. n. 8.* & quidquid sit an ibi ad esset Horologium publicum, hujus negativa non concludit alteram Horologii privati, nec non alia attenta confrontatione post mediam noctem in loco Civici della Torre *eodem Sum. n. 3.* ex depositione unici Testis, cui concur- 12
rentibus tot adminiculis est etiam credendum, si deponat de facto proprio absque ejus interesse, Card. de Luca *de Judic. disc. 32. n. 19.* Rot *dec. 111. n. 9* ubi Add. *n. 17. & 18. coram Buratt. & dec. 9. n. 7. & 8. p. 18. rec.*

Secundum motivum etiam non subsistit; nam licet Te- 13
stes loquantur cum dubitativo verbo *videtur* in principio, tamen concludenter firmant obitum fuisse post duodecimam horam noctis reddita optima ratione Horologii, ut in terminis dixit Rot. *dec. 894. n. 9. coram Dunoz. Iun.* & varietas exclusionis, cum contextuales sint in substantia, & variatio non obstet, si singularitas non fuerit obstativa, sed tantùm adminiculativa tendens in idem, Scacc. *de Judic. l. 1. cap. 9. n. 365.* Franch. *dec. 105. n. 21.* Rota *dec. 353. n. 11. & 12. coram Royas.*

Tertium quoque objectum non habet vim, quia non est 14
inverisimile iter à loco de Hermedes ad Civicum della Torre in spatium, de quo supponitur septem horarum circiter *Summ. pro Emanuele n. 9. & 10.* Sed ulterius hæc probatio temporis per distantiam itineris non est certa, cum dietas legalis in *l. prima ff. si quis caut.* fuerit inducta pro judiciis apud Romanos, cæterum nequit hujusmodi tempus statui, cum pro varietate velocis, vel tardioris itineris sit id determinandum ad *text. in l. continuus §. cum ità ff. de verb. obligat.* latè Gonzal. *in cap. Nonnulli 28. num. 4. & 9. de rescript.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 2. per tot. & num. 12. & cas. 206. num. 3.* Gomes. *in commen. ad reg. Cancell. de verisimili notitia*, ubi etiam ex sententia Rotæ.

Ultimum demùm objectum ex Testibus elicitum non 15
est attendendum, cum non deponant de certa hora obitus vel saltem ex argumento Cantus Gallorum, qui subsequutus fuit decessum Abbatis, quia cantare soleant in media nocte, attamen Gallicinium non est validum indicium mediæ noctis, cum hæc dividatur in decem partes scilicet Crepusculum, primam facem, concubium, noctem intempestam, ad mediam noctem, mediam noctem, de media nocte. Gallicinium, Conticinium; & diluculum, vel in pauciores partes, ut apud Crusium *de nocturnis officiis cap. 3. per tot.* Ripam *cit. cap. 3. n. 31.* Sed semper Gallicinium est ea pars, quæ inclinat ad diem, qui incipit statim post Gallicinium, Angel. *in l. 1. numer. 2. c. de Custod. Reor.* & Picus Mirandula ad Cętum Romanum in Laudem Galli dixit. *Hic Gallus in matutino Crepusculo matutinis astris Deum Laudantibus, quotidie commodulatur; Hæc namquæ Avis solis esi comparata, solisque ortum prænunciat*; Et Prisci Æsculapio Phœbi filio Gallum sacrificabant, ut dici solisque nuncium, Tiraquell. *de nobil. cap. 31. n. 26.*

At licet per Baldin. *in cap. consuluit de offic. deleg.* media nox per Gallicinium designetur, tamen communiter indicare dicitur tempus noctis, quo jam nox est fere exacta, & undique lucis Aves cristatæ puniceam jam jam surgentis auroræ facem consalutant, Crus. *cit. n. 17.* Hinc in Urbe Prisci Romani, ut cubarent de mane, Gallos prohibuerunt, deliciis valde intenti, & Plin. *lib. 10. c. 21.* scripsit de Gallis. *Hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opem mortalibus, rumpendoque somno natura genuit neque solis ortum in oculis patiuntur obrepere, diemque venientem nunciant cantu ipsum vero cantum plausu laterum*; Causamque assignat Cicero *l. 2. de Divin.* Depulso enim ante lucem de pectore, & in omne Corpus diviso, & modificato cibo, cantus edere quiete satiatos.

16 Imo etiam ob lætitiam quandoque Galli cantant, sicque tempus non est determinandum, ut innuit idem Cicer. *l. 2. de Divin.* & inter varium illorum cantum, frequentia istius est propè lucem, ut ultra citatos docuerunt Ripa *cit. c. 160. per tot. Scacc. d. l. 2. c. 4. n. 356.* & in his terminis provisionis Apostolicæ, ut cantus Gallorum tribuatur diei sequenti, Ripa *ibidem n. 6.* Gonz. *d. cit. Gloss. 11. n. 16. & 17.* cum aliis adductis in Decisione hujus Causæ, quibus addo Garz. *cit. c. primo n. 526.* Barbos. *dict. alleg. 57. n. 187.* Pax Jordan. *in prax. lib. 10. tit. 12. n. 50.* Antonell. *de tempor. legal. lib. 3. c. primo n. 3.* ubi adducitur decisio hujus Tribunalis; Imo assertio aliquorum Testium *Summ. pro Gaspare n. 2.* de fixo cantu proprii Galli, ac invariabili in certa hora est nimis audax, & habet speciem Alectryo-
17 mantiæ, quæ est divinatio per Galli cantum, ut apud Caramuel. *in apparat. omnium scientiarum lib. primo cap. 109.* & adest text. *in 6. quæst. 3. c. Igitur*, contra quos divinatores firmam credulitatem in his ponentes urgent Constitutiones Apostolicæ, ut illa Sixti V. *in Bullar. 17.*

Nec contrariatur asserta consuetudo circa dies festivos, divina Officia, & jejunium, ut media nox designetur a cantu, Gallorum, quia, quidquid sit, an fuerit legitima, certum est, vel versari in his, quæ respiciunt diem Ecclesiasticum diversum ab hoc statuto in *l. more, Felin. in cit. c. consuluit de pot. deleg.* Francolin. *de temp. horar. Canon. cap. 87. Grat. discept. 792. n. 8.* vel saltem versari dictam consuetudinem in re morali, in qua magis, & minus arbitratur ad favendum libertati, Anton. *cit. cap. 3. n. 37.* Scaccia *cit. c. 3. n. 307.* & Rot. *cit. cap. dec. 804. n. 7. cor. Dunoz. Jun.* Secus autem in hoc casu reservationis, pro qua servari debet præcisum tempus mediæ noctis naturalis, præsertim
18 cum jam in dicto casu habeatur designatio horologii, nec conjecturaliter est procedendum nisi in casu deficientiæ ipsius, ut ad rem dixerunt Barbos. *cit. alleg. 57. n. 187.* Garz. *cit. cap. 1. n. 526.* Gonz. *cit. gloss. 11. n. 16.* nec tunc aderat alterum horologium valens illud Secretarii de inordinatione accusare, ut est casus *cit. dec. 19. cor. Card. Celso* & sic standum est certæ regulæ Horologii ad metiendas horas inventi industria hominum, vel ex aqua, aut solis umbra, seu pulvere, vel ponderibus, Virgil. *l. 2. rerum invent. c. 2.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. C A P R A R A.

Compostellana Parochialis.

Ven. 2. Maii 1692.

A R G U M E N T U M.

Resignatio facta cum reservationis Pensionis favore Resignantis & cum clausula *& non alias, aliter, nec alio modo*, irritatur & Jus a Resignante non abdicatur, & ex ejus obitu vocatio sequitur, si pensio ob malam valoris expressionem non substineatur, in ornatum *Discursus XXXV.* Card. de Luca *de Benefic.* Valor narratus per non excessum sufficit verificari etiam in minima quantitate. Ad effectum validitatis gratiæ attendi debet narrativa valoris facta in ea parte supplicationis in qua agitur de ipsa substantia gratiæ nempè de reservatione pensionis volitæ a resignante. Nullitas resignationis quando respicit favorem & concessum resignantis non potest nisi ab ipso apponi, quatenus vero nullitas fundetur in deficientia voluntatis Papæ potest etiam a Tertio opponi. Ex mala expressione valoris factæ per Resignantem etiam cum illius scientia non oritur privatio Juris illi competenti.

S U M M A R I U M.

1 L*itteræ resignationis exequi non possunt si non justificentur & signanter quoad valorem in eis narratum*
2 *Resignatio facta cum falsa narratione valoris & cum reservatione certæ pensionis addita clausula* & non alias &c. *est nulla & non abdicat jus a Resignante, tum ex deficientia ipsius consensus ob non substentationem pensionis, tum ex deficientia consensus Pontificis concedentis.*
3 *Ad hoc ut substineatur gratia sufficit verificare valorem etiam in minima quantitate quando narratus fuit per non excessum.*
4 *Hæc conclusio non procedit quando in substantia gratiæ & ubi actum fuit de reservatione pensionis & de provisione remansura Reservatario expressus fuit valor per ascensum, quia tunc & si in principio supplicationis omissa fuerit expressio valoris per non excessum non sufficit verificatio in parte.*
5 *Nullitas quæ provenit ex defectu consensus Resignantis potest ab eo solum opponi.*
6 *Quando Resignans fuit in dolo & culpa exprimendo majorem valorem ab eo Jus abdicatur ex resignatione vide num. 9.*
7 *Conclusio de qua in n. 5. non procedit ubi nullitas allegetur a Possessore, & adsit etiam deficientia consensus Papæ.*
8 *Dolus a Resignante excluditur si in mandato procuræ expressit valorem in majori quantitate, sed per non excessum.*
9 *Resignans etiam male exprimendo valorem scienter non privatus Iure illi competente.*
10 *Et quatenus privaretur non quatuor Resignatario sed libere potest conferri.*

D E C I S I O V.

DOmini censuerunt Sententiam Rotalem esse infirmandam, ea moti ratione quia cum Dionisius provisus ab ordinario per obitum Petri sit reus & possessor, contra ipsum exequi non possunt litteræ resignationis nisi per Antonium resignatarium eæ in omnibus & signanter 1
in narrato valore fuerint justificatæ, Rot. *coram Seraph. d. 422. n. 4. coram Buratt. d. 437. n. 4. & seq. & d. 512. & 830. n. 4. & seq. & in rec. d. 480. n. 7. & seq. p. 13.*

In præsenti non solum deficit talis probatio, sed imo gratia dignoscitur subreptitie obtenta, dum in supplicatione fuit Papæ narratum redditus Parochialis, una cum incertis ascendere ad ducatos 130. auri de Camera, & tamen a Confessione tam resignantis in mandato Procuræ emissa, quam resignatarii in gratia revalidatoria constat fructus ascendere ad solos ducatos 51. similes: unde fit ut 2
cum Petrus devenerit ad resignationem ea sub conditione ut subsisteret validitas pensionis ducatorum 23. auri de Camera quam ad sui favorem stipulatus fuerat cum *clausula non alias, aliter, nec alio modo*, & summus Pontifex eandem resignationem admiserit non solum cum reservatione supradictæ pensionis ducatorum 23. sed cum expressa conditione quod remanerent ducati centum pro Rectore, hinc cum corruat pensio, remanent proinde inefficaces, & inexequibiles litteræ apostolicæ tam ex defectu consensus resignantis quam etiam Pontificis concedentis, cum non substineatur resignatio, nec Jus a resignante abdicatur nisi doceatur pensionem fuisse valide reservatam, ut in his præcisis terminis firmat Rot. *cor. Buratt. d. 437. per tot. & signanter n. 80. confirmata d. 512. n. 5. & item d. 830. n. 11. & per tot. & in rec. d. 480. n. 9. & seq. p. 13.*

Non obstat quod in supplicatione fuerit narratus valor 3
ducatorum 130. per non excessum non autem per ascensum, ideoque sufficiat illud verificari etiam in minima quantitate, ut fuerat dictum *in decisionibus prioris instantiæ coram me sub diebus 17. Junii, & 12. Decembris 1689.* Quia ad effectum validitatis hujus gratia attendi debet narrativa valoris facta in ea parte supplicationis in qua agitur de ipsa substan-

ſtantia gratiæ, nempe de reſervatione penſionis volita a reſignante, & de proviſione remanſura Rectori reſignatario, & cum in hac parte valor fuerit expreſſus per aſcenſum, & ſummus Pontifex expreſsè declaravit velle ut remanerent Centum pro Rectore ultra penſionem reſervatam reſignanti, expreſſio per non exceſſum in principio ſupplicationis emiſſa non ſuffragatur quod verificetur in
4 minima ſumma, ſed debet præciſè verificari ſumma expreſſa per aſcenſum, ad quam Papa gratiam reſtrinxit, cum alias valoris expreſſio per aſcenſum ſemper fieri ſolet in reſignationibus Parochialium cum penſione, ubi ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. debent remanere Centum pro Rectore ut teſtatur Roſa *de execut. litter. Apoſtolicarum cap.* 6. *n.* 177.

Minus adverſari viſa ſunt alia duo obiecta, alterum ſcilicet quod nullitas reſignationis, cum reſpiciat conſenſum & favorem reſignantis non poſſit opponi niſi ab ipſo
5 reſignante, non autem a tertio, qualis eſt proviſus ab ordinario per obitum. Alterum autem quod reſignans fuerit in culpa, & dolo, exprimendo majorem valorem, ideoque iis attentis jus ab illo dicatur abdicatum ex reſignatione nulla, juxta firmata per Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 3. *n.* 38.

Etenim primum obiectum non videbatur applicari in caſu præſenti, in quo mandatum procuræ reſignantis fuit
6 conceſſum cum reſervatione penſionis, & cum clauſula *non aliàs, aliter, nec alio modo* per quam removetur conſenſus ab actu ſi aliter fiat, & proviſus ab ordinario eſt reus, & poſſeſſor, in his namque terminis poteſt iſte de nullitate excipere cum ſit exceptio excluſiva Juris agentis & fundetur non ſolum in defectu conſenſus reſignantis, ſed etiam in deficientia voluntatis Papæ, qui cum hoc ſuppoſito gratiam conceſſit, nec aliter fuiſſet conceſſurus, ut reſpondit Rot. *d. dec.* 437. *n.* 80. & *ſeq. per tot. & d.* 512. *n.* 80. & *d.* 830. *n.* 11. *coram Buratt. & dec.* 480. *n.* 11. & *ſeqq. p.* 13. abſque eo quod obſtent authoritates in
7 contrarium adductæ, cum procedant in tertio non poſſidente, & ideo non militent contra reum poſſeſſorem cui ſufficit vincere per non jus actoris, ut benè ad rem notat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 42. *n.* 26. & 27. Gomeſ. *ad reſ. de Trien. quæſt.* 39. §. *fin.* ad hunc præciſum effectum dixit Rota *cor. Priol. dec.* 248. *n.* 6. & 7.

Secundum vero objectum tollitur tum ex facto ex quo conſtat reſignantem non fuiſſe in dolo ſeu culpa, cum mandatum Procuræ dederit ad petendam impoſitionem
8 penſionis non ſimpliciter, ſed cum reſervatione beneplaciti Apoſtolici, & *non aliàs, aliter, nec alio modo*, & in ſecundo mandato Procuræ, longe poſt confecto, & poſtquam gratia reſignationis erat perfecta expreſſit valorem in maiori quidem quantitate, ſed per non exceſſum qui verificatur etiam in minima ſumma, Lotter. *de benef. lib.* 10. *quæſt.* 38. *n.* 52. & 53. Rot. *d.* 313. *n.* 5. & *ſeq. p.* 11. & quatenus etiam male expreſſiſſet & ſcienter valorem in
9 priori mandato adhuc non privaretur in re illi competenti, ut reprobato Garz. in loco citato dixit Roſa *de execut. litterarum Apoſtolicarum cap.* 14. *num.* 83. *circa fin.* & Rot. *d.* 1433. *n.* 10. & *ſeq. coram Coccin.* vel quatenus privaretur, beneficium non quæritur reſignatario, ſed poteſt libere conferri ut notat id. Garz. *d. cap.* 3. *ſub n.* 36.

Et ita omiſſis aliis levioribus obiectis ſuit reſolutum, utraque parte informante.

R. P. D. URSINO.

Moguntina Canonicatus.

Ven. 6. *Aprilis* 1696.

ARGUMENTUM.

Obtinens duo beneficia incompatibilia, ſecundum ipſorum vacat, non autem primum ſi ad ſecundi beneficii poſſeſſionem non convolaverit, ſi autem illam apprehenderit utrumque perdit juxta diſtinctionem allatam per Card. de Luca *de benefic. Diſc. LIV.* & *Diſ. LV.* Vacatio, vero admittitur non obſtante Conſuetudine quę ſupponitur in Germania vigere retinendi Beneficia inter ſe incompatibilia abſque Apoſtolica diſpenſatione.

SUMMARIUM.

1 EX *retentione duorum Beneficiorum quæ exigunt reſidentiam & ſic ſunt incompatibilia elapſo bimeſtre utriuſque exoritur vacatio.*

2 *Ad hoc ut admittenda ſit vacatio prædicta, requiritur probatio quod Præbendæ præciſam & perſonalem reſidentiam requirant, cum ſola reſidentia cauſativa & temporalis ad effectum lucrandi fructus incompatibilitatem non inducat.*

3 *Supradicta rigoroſa probatio exigitur ubi agitur de inducenda vacatione in Beneficiis, non autem ubi agatur de inducenda vacatione in Canonicatibus & num.* 6.

4 *In Eccleſiis Collegiatis requiritur perſonalis & præciſa reſidentia Canonici.*

5 *Ita ut non excuſet nec ſtatutum neque aliqua Conſuetudo.*

7 *Reſidentiæ perſonalis neceſſitas probari poteſt ex confeſſione Canonici.*

8 *In Germania quod adſit conſuetudo retinendi incompatibilia abſque diſpenſatione teſtatur* Amaiden.

9 *Et de altero Dalmatiæ teſtatur* Pax Jordan.

10 *Prædictę Conſuetudines uti contrariæ diſpoſitionis Juris Concilii ad nihilum inſerviunt.*

11 *Conſuetudo adverſativa Juri debet probari per teſtes formiter examinatos ac per illius canonizationem in contraditorio Judicio.*

12 *Rota ſemper annuit provacatione ex retentione Incompatibilium eiſi Beneficia ſint in Germania.*

13 *Cochier.* ad regul. Cancel. regul. ſi de diſpenſ. *tradit quod Papa concurrente juſta cauſa ſoleat diſpenſare ſuper retentione incompatibilium.*

14 *Contra propriam confeſſionem quis nequit venire.*

15 *Conſenſus præſtitus pro dimiſſione Canonicatus probat præventivam illius poſſeſſionem.*

16 *Ex poſſeſſione Canonicatus oritur præſumptio perceptionis fructuum etiam ad inducendam vacationem ratione incompatibilitatis.*

17 *Fides extrajudiciales Perſonæ eximiæ Dignitatis probant.*

18 *Moleſtiæ inductæ ſuper Beneficio quod quis retinet faciunt quod non inducatur vocatio alterius incompatibilis ſi illatæ fuerint intra bimeſtre, ſecus ſi ex poſt.*

19 *Moleſtiæ illatæ ſuper Beneficio ad hoc ut ſufficiant ad excludendam vacationem rationem incompatibilitatis debent eſſe ſuper titulo vel poſſeſſione illius.*

20 *Quoties Præbendæ quæ retinentur ſunt exigui redditus non vacant ratione incompatibilitatis.*

21 *Exigitur tamen ad d. effectum, quod utraque præbenda paucos reddat fructus & id eſt probandum cum contraria Juris vigeat præſumptio.*

DECISIO VI.

CUm fuerit hodie dubitatum (*An locum ſibi vindicaret cenſura Textuum in cap. de Mulcta de Præbend. in* 6. *& in extravagan. execrabilis* §. *Si vero deinceps*) eodem titulo adverſus Petrum retinere ſtudentem poſſeſſionem gemini incompatibilis Decanatus, nempe cum Canonicatu in Collegiata Eccleſia S. Andreæ Civitatis Wormatien. & alterius Canonicatus Collegiatæ Eccleſię S. Bartholomæi Francofurti ad Mœnum, adeout intraret, nec ne arbitrium pro retardanda exequutione litterarum Apoſtolicarum ex hoc capite adeptarum a Nicolao demandata ab Archiepiſcopo Moguntini Vivario Judice in litteris deputato, ſeu potius, An eædem litteræ eſſent de nuovo exequendæ. Patres prætermiſſa indagine validitatis prioris judicati, aſſumentes ex integro diſcuſſionem ſuper verificatione narratorum in litteris cum illa viderint concludenter juſtificata convenerunt in reſcripto litteras Apoſtolicas eſſe exequendas.

Qualitates namque omnes, quę reſpiciebant perſonam, & idoneitatem Proviſi ultro citroque admittebantur, & ſola contentio verſabatur in puncto vacationis Canonicatus, quę tamen abunde reſultabat ex retentione duorum incompatibilium verificata, ex quo cum Petrus eſſet jam Decanus & Canonicus in Collegiata Eccleſia S. Andreę Wormatię, & in harum præbendarum legitima poſſeſſione exiſteret, impetravit ab Archiepiſcopo, & Electore Moguntino col-

collationem Canonicatus, de quo quæritur, & illius poſſeſſionem ſuit adeptus ſub die 24. Aprilis anni 1693. ac in ea per multum temporis ſpatium continuavit; Undè, cùm dicti Canonicatus eſſent inter ſe incompatibiles ob perſonalem reſidentiam in utroque de jure requiſitam, ex illorum retentione ultra Bimeſtre inducta eſt ipſo jure va-
1 catio utriuſque incompatibilis adepti ad memoratos Textus *in cap. de Mulcta, & Extravagan. execrabilis* concordan. cum diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *in cap.* 4. *ſeſſ.* 7. & *cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* & dixit Gratian. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *n.* 94. & *tribus ſequentibus, & n.* 381. Lotter. *de re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 3. Panimoll. *dec.* 31. *adnotat.* 1. *n.* 1. & 2. Rota *coram Buratt. dec.* 121. *n.* 2. *coram Coccino dec.* 2102. *n.* 8. *coram Cerro dec.* 266. *n.* 1. & *ſeqq.* & *coram Priolo dec.* 54. *n.* 14.

Nec ad evitandam pęnam Extravagantis juvit allegare incompatibilitatem in caſu non verificato, cùm probatum non fuerit has Præbendas præciſam, & perſonalem reſidentiam requirere, prout opus eſt, cùm aliàs ſola reſidentia cauſativa, & temporalis ad effectum lucrandi fructus
2 incompatibilitatem non inducat, ut in terminis monuit Rota *decif.* 179. *n.* 5. *par.* 2. & *dec.* 241. *n.* 3. *p.* 15. *rec.* ac penes Bich. *dec.* 13. *n.* 9. & 10. cum aliis congeſtis à Gonzal. *ad regul. Cancel. glof.* 15. *n.* 22. nam licet hujuſmodi rigoroſa probatio in aliis Beneficiorum ſpeciebus ſit neceſſaria in Cano-
3 nicatibus tamen Eccleſiarum Collegiatarum eſt ipſo juris miniſterio inducta, quia Canonicatus omnes in Eccleſiis Collegiatis perſonalem, ac præciſam reſidentiam requi-
4 runt, ex litterali ſanctione Synodus Tridentinæ *in ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de reform.* §. *Propterea obtinentibus*, adeout, nec ſtatutum, minuſque quælibet contraria conſuetudo excuſare va-
5 leat Canonicos à reſidentia præciſa, ut apertè ſonant verba Concilii, & extenſivè etiam ad conſuetudinem immemorabilem firmant Garz. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 197. Barb. *ad Concil. d. cap.* 12. *n.* 53. & *ſeqq.* & *n.* 60. & *de Canonic. cap.* 20. *per totam*, quamobrem eo ipſo quod verificatum extitit in diverſis Eccleſiis Collegiatis Petrum retinuiſſe Decana-
6 tum, unà cum Canonicatu Dignitates de jure ſemper præciſè reſidentiales, & alterum Canonicatum, à lege probata dicitur incompatibilitas vacationem inducens.

Confirmatur autem aſſumptum à facto ipſo Petri, qui cum in poſſeſſione Canonicatus controverſi monitus fuerit à Decano, & Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ, ut vel Decanatum dimitteret, vel diſpenſationem Apoſtolicam deſuper obtineret, publicè profeſſus fuit alterutrum intra breve temporis ſpatium adimplere, ut liquet à publico Capituli teſtimonio, *in Sum. Nicolai n.* 2. Ideòque innegabilis eſt obligatio reſidentiæ, & incompatibilitas uti à Jure inducta, & adminiculata confeſſione ipſius Petri retinentis, ut
7 omiſſis generalibus, in ſpecie firmavit Rota *in deciſ.* 233. *ſub n.* 5. *verſ. de retentione coram Buratto, & dec.* 811. *n.* 4. & 5. *coram Amato Dunoz.*

Nec ad eruendam probationem contrariam ſufficiebat prætenſa conſuetudo Germaniæ retinendi incompatibilia ſine diſpenſatione, de qua deponunt Teſtes *in Summ. Petri*
8 *n.* 4. & teſtatur Amayden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 26. ficut de altera Dalmatię dicit Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10.
9 *tit.* 28. *n.* 29. & *ſeqq.* Nam dicta conſuetudo uti contraria diſpoſitioni Juris, & Conciliari, vel ad nihilum deſervit, vel
10 probanda eſſet per Teſtes formiter examinatos, & cum ſuis requiſitis, ac ſignanter quod obtenta, & canonizata
11 fuerit in contradictorio judicio, & quod legitimè ſit præſcripta, ad ſenſum Palm. Nep. *allegat.* 150. *n.* 22. Manſ. *conſult.* 194. *n.* 30. & 31. & Rota *in recent. deciſ.* 333. *n.* 34. *par.* 11. & *deciſ.* 308. *n.* 11. *par.* 17. quæ tamen documentorum ſpecies, non tantùm deficiunt in præſenti, quin potius urgent adverſativæ deciſiones noſtri Tribunalis, & atteſtationes DD. nec non factum ipſum Petri in adeptione Canonicatus, de quo res eſt.

Et quidem Deciſiones noſtri Auditorii, nam quoties in Germania fuerunt ab aliquo obtenta incompatibilia ſine diſpenſatione, & controverſia fuit ad Rotam delata, ſemper declaratio prodiit pro vacatione ad Cenſuram Textus
12 *in Extravag. execrabilis*, ut de Canonicatibus Aquiſgranen. eſt *deciſ.* 266. *n.* 2. & *ſeqq. coram Cerro, & de Colonien. dictum fuit coram Manzaned. dec.* 600. & *paſſim in aliis*, ſicque patet ad hominem hanc allegatam conſuetudinem nunquam fuiſſe Canonizatam, Imò potius contra illam Tribunalia pronunciaſſe, ut ponderatum eſt.

Conſonant autem atteſtationes DD. nam quidquid dixerit Amayden. loco allegato, qui loqui videtur de retentione incompatibilium ſub eodem tecto, ut legere eſt *in n.* 29. *citati c.* 17. *lib.* 2. contrarium de diametro concludi Joannes à Cochier Doctor Germanus *ad regul. Cancellariæ regul.* 51. *de diſpenſ.* quo ad incompatibilia, ubi *n.* 5. & 13
6. firmat, quod interdum Papa concurrente aliqua gravi cauſa ſolet in Germania diſpenſare ſuper retentione incompatibilium.

Demùm collimat in aſſumptum confeſſio ipſa Petri, de qua ſuperius diſſeruimus, qui cum promiſerit in actu poſſeſſionis dimiſſionem Decanatus, vel diſpenſationem Apoſtolicam, ſaſſus proindè ſuit incompatibilitatem non ſublatam à conſuetudine Germaniæ, quam hodie incon-
14 ſequens contra propriam conceſſionem amplius allegare non valet.

Probata incompatibilitate minor difficultas remanebat circa poſſeſſionem actualem utriuſque incompatibilis una cum fructuum perceptione, quæ videtur requiſita ad inducendam pœnalem vacationem, nam poſſeſſio Decanatus emergebat tàm ab atteſtatione Capituli Sancti Andreæ jurata, quàm à reiterata confeſſione ipſiuſmet Petri, qui ſemper ſe intitulavit Decanum Collegiatæ Eccleſiæ S. Andreæ Wormatiæ, & ulterius poſt biennium à die adeptæ poſſeſſionis, nimirùm de menſe Aprilis anni 1695. conſenſum præſtitit in Cancellaria Apoſtolica pro
15 dimiſſione, ſeu retentione ejuſdem Canonicatus ad favorem certæ perſonæ *Summario Nicolai n.* 10. ex quo actu oriri indubitatam probationem poſſeſſionis præcedentis dixit Rota *dec.* 811. *n.* 5. *coram Dunozett. Jun. & dec.* 233. *n.* 5. *cor. Buratt.*

Conſimiles verò, imò forſan majores probationes concludunt poſſeſſionem alterius Canonicatus Eccleſiæ Sancti Bartholomæi; Nam ultra atteſtationem Capituli, & Canonicorum, & inſtrumentum publicum adeptæ poſſeſſio-
nis ſtringit conſenſus præſtitus ſub die 7. Aprilis 1695. dimiſſioni Canonicatus ad favorem Chriſtophori Tumb; Unde poſſeſſio, & quidem continuata videtur eſſe extra difficultatem.

A poſſeſſione autem continuata eruitur præſumptivum aſſumptum perceptionis fructuum ex firmatis in puncto vacationis ob retentionem incompatibilium à Rot. *in dec.* 16
801. *n.* 10. *coram Dunozet. & deciſ.* 266. *n.* 5. *coram Cerro*, quæ præſumptio ſatis ſuperque coadjuta remanet ab atteſtatione utriuſque Capituli, *Summario Nicolai num.* 2. & 6. à qua patenter evincitur controverſa fructuum perceptio ſatis juſtificata à prædictis atteſtationibus, etſi extrajudicialibus, quia cum ſint juratæ, & emanaverint à Perſo- 17
nis eximiæ Dignitatis & probitatis fatis probant, ut dixit Rota *in deciſ.* 67. *n.* 17. *coram Cerro, & deciſ.* 135. *n.* 9. *cor. Celſo, & in recent. deciſ.* 367. *n.* 6. *par.* 15.

Nec in contrarium urget Petrum vigore Statuti vigentis in Eccleſia primo Anno nullos fructus percepiſſe, ſicque nec obligatum eſſe Decanatum dimittere, nam ſuppoſita etiam realitate hujus Stati, quæ negabatur à Defenſoribus Nicolai objectum removebatur ex facto, quia Petrus non ſolo anni ſpatio utrumque incompatibile retinuit, ſed per plures menſes ultra; Undè excuſatio à Statuto elicita ſuffragari ei minimè valet, quia illa admiſſa toto anni ſpatio, ſi poſtea per octo menſes, & ultra ſine diſpenſatione Apoſtolica utrumque incompatibile poſſedit, lapſum eſt tempus pluſquam congruum ad effectum inducendi vacationem ad terminos *extravag. execrabilis*.

Minuſque relevabat Petrum impeditum fuiſſe à perceptione fructuum ob moleſtias ſibi illatas à Capitulis utriuſque Eccleſiæ, ſicque ambas præbendas licitè retinuiſſe; Nam moleſtiæ vim aliquam facerent, quoties illatæ fuiſſent ſuper poſſeſſione, & titulo Beneficii intra duos menſes adeptæ poſſeſſionis, ſed ſi ex poſt inferatur vacationem jam ſuperinductam non excludunt ad traditæ per Garz. *de Benef. p.* 11. *c.* 5. *n.* 113. Ideoque cum in præſenti 18
non probetur tempus præciſum illarum, minùſque verificetur fuiſſe ſuper titulo, & poſſeſsione, cum potius appareant illatæ ex cauſa delictorum, quæ prætendebantur à Petro patrata, ab illis beneficium non fuit effectum litigioſum, nec excuſare valent poſſeſſorem à neglecta alterius incompatibilis dimiſſione juxta ea, quæ præſuppoſitivè dixit Rota *coram Bich. deciſ.* 313. *n.* 11.

Demùm nec ſuffragari valet Petrum malitioſè hæc in- 19
compatibilia non retinuiſſe cum habuerit bonam fidem, & juſtam credulitatem opinando, vel conſuetudinem Ger-

maniæ ei posse opitulari, aut Ordinarium, potuisse super incompatibilibus dispensare. Nam omnia hæc motiva bonæ fidei cessant ex confessione ipsa incompatibilitatis facta à Petro in actu possessionis, ac à responsione obtinendi dispensationem Apostolicam, quam omninò necessariam esse recognovit, ut ex sæpè laudato Capituli Testimonio *Summario n. 2.* Nicolai si spretis votis Capituli, & fraudata fide promissa neglexit dispensationem obtinere, innegabilis est malitia, & inexcusabilis est à pœna retentio incompatibilium.

Nec pro justa excusatione deservire potest tenuitas redditum Præbendarum, quas retinuit, qua stante dimissio non fit necessaria ad sensum Rot. *in dec. 341. p. 15. rec.*

20 Etenim præermissa quæstione, An redditum tenuitas excuset à retentione duorum incompatibilium, objectum visum fuit colli ex facto; Nam sicut ex quibusdam attestationibus pretendatur primum Canonicatum tenues habere redditus hæ tamen tanquam informes non probant, & quatenùs probarent nullibi remanet justificatum alterum Canonicatum simili quoque defectu laborare. Quinimò in
21 contrarium urget præsumptio Juris, Ac propterea adepto hoc secundo congruo, & sufficienti beneficio debebat Petrus primum dimittere ad tramites propriæ sponsionis, non autem utrumque fraudulenter retinere.

Et ita utraque parte audita conclusum fuit in causa &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Moguntina Canonicatus.

Lunæ 1. Julii 1679.

Non postulat hæc Decisio Argumentum cum pertractetur de eadem re quæ habetur in alia superius relata Decisione.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus debet residere personaliter in Canonicatu.*
2 *Ipso Jure inducitur vacatio Beneficiorum incompatibilium si intrabimestre provisus primum non dimittat.*
3 *In Germania viget consuetudo retinendi præbendas incompatibiles absque dispensatione, vide tamen n. 6. & 7.*
4 *Ex statuto Ecclesiæ S. Andreæ Wormatiæ requiritur solummodo Canonicorum residentia causativa, non autem personalis, vide n. 9.*
5 *Si Ecclesia in qua quis debet residere sit directa valet Canonicus alteram præbendam etiam incompatibilem absque dispensatione obtinere.*
Contrarium est verius si adsit spes probabilis reparationis n. 12.
8 *Consuetudo etiam immemorabilis non excusat Canonicum à residentia.*
10 *Neque excusat statutum Ecclesiæ nisi sit in forma specifica à Sede Apostolica confirmatum.*
11 *Præsertim excusatio non procedit si adsit monitio, ut Canonicus resideat.*
13 *Modicitas fructuum Præbendæ non facit Canonicum exemptum à Residentia.*
Neque tollit incompatibilitatem.
14 *Lis super Beneficio post bimestre non excludit vacationem inductam ratione incompatibilitatis.*
15 *Nulla est gratia in qua non exprimitur provisum aliud habere Beneficium.*

DECISIO VII.

RESponsum fuit procedendum esse ad legitimam exequutionem litterarum Apostolicarum Nicolai, quia iterum justificatus videbatur modus Vacationis in eis expressus, super quo unicè residet Articulus controversiæ, quod nimirum Joannes Petrus nulla intercedente Apostolica dispensatione retineret duo incompatibilia, Canonicatum nempè cum Decanatu in Collegiata Ecclesia S. Andreæ Wormatien. & alterum Canonicatum Collegiatæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti ad Rænum, quorum uterque cum personalem, & præcisam requireret residentiam juxtà apertam sanctionem *Sacr. Concilii Trident. in* 1
cap. 12. sess. 24. de Reformat. & ibidem relatis concordantibus observat Barbos. *in adnotatione num. 53. & seqq.* per non dimissionem primi intra Bimestre à die adeptæ possessionis secundi inducta fuit ipso Jure utriusque Vacatio, tam ex antiquiori Juris determinatione *in cap. de multa de* 2
præbendis, & in extravaganti Execrabili §. Si verò deinceps eodem Titulo, quàm ex novissima *Sac. Concilii Tridentini in cap. 5. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. de reformat.* plenè Fagnan. *in cap. referente sub n. 8. & in dicto cap. de Multa num. 8. & 25. de Præbendis* Rota *in Colonien. Pastoratus 13. Januarii 1687. §. Aut allegatur, & 28. Junii 1688. §. De non Jure coram R. P. D. meo Molines*, & cæteris adductis probat *decisio Causæ edita in superiori instantia 6. Aprilis anni præteriti §. Qualitates autem coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Neque incompatibilitas prædictorum Canonicatuum à Jure conciliari inducta excludi iterum visa est, vel in universum ex generali contraria consuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas residentiales in diversis Cathedralibus, & Collegiatis, de qua Amayden. *de stylo Datariæ lib. 1. cap. 17. sub num. 26. & 29.* Layman. *oper. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 6. n. 2. & cap. 8. sub nu.* 3
6. in fin. Enric. Peyrin. *in compend. Jur. Canon. lib. 3. tit. 4. §. 3. lib. 3. tit. 5. §. sess. 5. in fin.* Claud. Puritan. *de reddit. Eccles. q. 3. vers. quare, & qu. 6. per tot.* vel ex particulari Statuto Ecclesiæ S. Andreæ Wormatiæ, per quod dicebatur requisita solummodo Residentia causativa, non autem præcisa, & personalis incompatibilitatis inductiva, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. n. 20. & seqq.* Pax Jord. 4
elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 28. num. 16. & seqq. Rota *decis. 483. nu. 1. & seq. par. 1. diverf. & decis. 13. & seqq. coram Bichio*, vel demum quia destructa per Bellicas irruptiones hac Collegiata Ecclesia, residentia personalis redacta fuerit ad statum impossibilis implementi, ita ut illius Canonicatus habitu dumtaxat, non autem actu residentiales desierint esse incompatibiles, cum altero vere Residentiali, Barbos. *de offic. Parochi part. 1. cap. primo num. 50. & 51.* Rot. *coram Bich. dec. 198. num. 50. & in recent. decis. 341.* 5
num. 3. & 4. par. 15.

Quandoquidem contra prædictam generalem Consuetudinem Germaniæ duplex occurrit responsio; Altera quod illa minimè probatur cum suis requisitis legitimè prescripta ex auctoritatibus in contrarium laudatis, tum quia excepto Amayden. qui etiam fatetur loqui contra sensum Rotæ *in decis. 600. cor. Manzaned.* quam refert per extensum, cæteri non excludunt, quin requiratur Apostolica dispensatio, quam passim concedi in Germania observat 6
Kocchier. *ad regul. Cancell. 51. de dispensat. num. 5. & 6.* ex rationibus quas refert Cardin. Pallavicinus *in Historia ad Concil. Trid. lib. 24. cap. 12. numer. 16. circa fin.* Fagnan. *in cap. dudum num. 29. de elect.* Tum quia contrarium apertè convincunt tot resolutiones nostri Tribunalis, quod nunquam retentionem plurium Canonicatuum, in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Germaniæ, tam sub eodem, quàm sub diverso tecto admisit, nisi Apostolica præcesserit dispensatio, & utramque tam Juris communis, quàm *Sac. Concilii Tridentini*, dispositionem servari in illis partibus præsupposuit, ut præter decisiones allegatas in *præterita decisione §. Et quidem*, patet ex novissimè firmatis *in d. Colonien. Pastoratus 12. Junii 1687. & 28. Junii 1688. coram R. P. D. meo Molines, & in Colonien. Canonicatus 19. Junii 1693. §. Nec Bernardus coram Eodem;* 7
Et ex his promanat altera responsio, quod videlicet consuetudo prædicta etiam probata non relevaret, & summa quidem ratione cum illam prorsus inficiat *Concilium in d. c. 12. sess. 24.* itaut nec attendi Immemorabilem ex mente Sac. Congregationis Concilii præter allegatos in *præcitata decisione §. Nec ad evitandam firmat* Fagnan. *in cap. cum* 8
omnes num. 31. & seqq. de Constit. quem refert, & sequitur Modernus Pignatell. *Consult. Canon. 144. num. 9. & 10. & Consult. 115. n. 11. tom. 9.*

Non item officit particulare Statutum Ecclesiæ S. Andreæ; Tum quia ex eo, quod prohibeat Canonicis non residentibus medietatis fructuum perceptionem, cum non loquatur per verba taxativa, non exinde sublata videtur Juris dispositio pœnam privationis superinducens; Quicquid secus esset si versaremur in simplicibus Cappellaniis sub Conciliari sanctione non venientibus, quæ

quæ seclusa peculiari lege fundationis ex universali consuetudine Residentiam non requirunt, & de his loquuntur
9 *Authoritates in objecto allegatæ*, & dictum fuit *in Valentina Beneficii super gratia subrogationis 17. Frebuarii anni præteriti §. Nec obstat coram me*; Tum etiam quia cum dispositio Conciliaris inducens præcisam, & personalem residentiam in Canonicatibus Collegiatarum deroget, ut præfertur cuicumque Statuto, vel Consuetudini in contrarium consequens fit, ut præcisa lege in limitatione fundationis adjecta, quam unicè esse attendendam advertit
10 *Card. de Luc. in annot. ad Concil. disc. 4. sub n. 12.* illud minimè attendi debeat, nisi ostendatur fuisse Apostolica auctoritate in specifica forma, & ex certa scientia confirmatum, Fagnan. *in cap. licet nu. 62. de Præben.*

Potissimum verò quia contra assertam dispositionem Statutariam stat propria ejusdem Joannis Petri confessio, qui monitus à Capitularibus Ecclesiæ Collegiatæ S. Bartholomæi, ut vel dimitteret primodictum Canonicatum, vel desuper Apostolicam impetraret dispensationem, hanc se impetraturum spopondit; Factum enim hoc, ne dum adversatur utrique, & generali, & particulari consuetudini, incontrarium verò præterea excludit eam bonam fidem, per quam pœnalem privationem à jure inductam
11 declinare potuisset, ut benè prosequitur *præterita decisio Reverendissimi Decani §. Demum.*

Devastatio denique prædictæ Collegiatæ, ex qua inferebatur residentiam evasisse habitualem non relevat, dum
12 adhùc effulget spes illius probabilis reparationis ad latè deducta per Fagnan. *in d. cap. de multa n. 44.*

Præterea frustrà repetebat Joannes Petrus pro evitanda vacatione in litteris Nicolai expressa, quod non probetur ipsum possedisse utrumque Canonicatum cum actuali fructuum perceptione, quinimò id apertè excludatur, ex quo paucos, quos ex priori percepit, in Ecclesiæ Beneficium erogaverit; Possessio verò secundi interversa fuerit per literas cum Capitulo habitam; Quoniam perceptio fructuum primi probata remanet ex hoc ipso, quod illos in pios usus impendit, & ex eorum modicitate, quemadmodum Canonicatus ab adnexo onere Residentiæ
13 non evasit exemptus, ut relatis resolutionibus *Sac. Congregationis Concilii* observat Pignatel. *Consult. Canon 115. n. 8. & seqq. tom. 9.* ità nec tollitur illius incompatibilitas cum altero, Fagnan. *in cap. super inordinata nu. 8. de Præben.* lis autem super secundo non probatur ex informibus documentis, & probata non relevaret, uti percutiens suspensionem fructuum, postquam jam præcedenter fuerat in-
14 ducta Vacatio, ut etiam observat *prædicta decisio Reverendissimi Decani §. Minusque relevabat.*

Et ità absque eo quod opus fuerit desumere vacationem resultantem, ex quo Ioannes Petrus in nova provisione controversi Ganonicatus S. Bartholomæi mentionem non fecerit, tam prædicti Canonicatus Sancti Andreæ, quàm alterius ab ipso pariter obtenti in Collegiata S. Leonar-
15 di per Text. *in cap. si motu proprio, & cap. non potest de præben. in 6. Rota Valentina Vicariæ 7. Junii 1694. coram Reverendissimo D. meo Decano* resolutum fuit utraque parte audita.

R. P. D. MOLINES.

Cracovien. Archidiaconatus.

Veneris 19. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Subreptionis exceptio ob non factam Summo Pontifici expressionem qualitatis curæ habitualis quam habet beneficium non est ullius considerationis cum de cura habituali tanquam impropria nulla sit facienda mentio pro gratiæ validitate ad differentiam curæ actualis, juxta distinctionem allatam per Card. de Luca *de Benefic. Disc. LV.* Expressio etiam dubitativè facta de qualitate curæ actualis exuberat pro substentatione gratiæ nè irritetur ex defectu non expressæ curæ habitualis. In Regno Poloniæ solet Summus Pontifex concedere dispensationem retinendi plura Beneficia, hinc contra possessorem illam neganti incumbit onus negativam probandi. Ad salvandam gratiam ob obreptione, & etiam ad illius verificationem sufficit expressio facta juxtà ultimum statum. Ex concordatis Germaniæ & Poloniæ Beneficia illarum Regionum non solent exprimi nisi in ducatis 24. Ubi plures narrati fuerunt modi vacationis alternativè concepti pro executione gratiæ sufficit quod alter ex illis verificet. Absidens in vim institutionis factæ ab Ordinario si impetraverit etiam Provisionem Apostolicam censetur continuasse mutato dumtaxat jure possidendi, quoties tamen gratia fuerit concessa in forma gratiosa ubi opitulari potest verbalis dimissio; secus si gratia appareat in forma dignum cum eo casu possessio debeat capi de manu executoris.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium dat facultatem remittendi aliquid de rigore Juris.*
2 *Regulatur tamen à Jure.*
3 *Signatura Justitiæ non solet facere rescripta gratiosa, & à Juris ordine aberrantia.*
4 *Hinc non censetur ex arbitrio per ipsum concesso tributæ facultas recedendi à recto Juris tramite.*
5 *Jus non patitur quod retardetur executio litterarum justificatarum.*
6 *Episcopus præsumitur informatus de Statu Beneficiorum suæ Diœcesis.*
7 *Litteræ non dicuntur subreptitiæ si expressa non fuerit qualitas curæ habitualis retenta per Beneficium cum non exigatur, & redditur ratio n. 8.*
9 *Idque eo magis procedit si illemet qui excepit de subreptione ex hoc capite non factæ expressionis curæ laboret eodem defectu in sua provisione.*
10 *Clausula* forsitan *in litteris apposita majorem justificationem non requirit.*
11 *Summus Pontifex solet concedere in Regionibus Poloniæ retentionis plurium Beneficiorum dispensationem.*
12 *Hinc allegans obreptionem ex causa deficientiæ dispensationis contra possessorem tenetur negativam probare.*
13 *Præsumitur dispensatio retinendi plura Beneficia si Papa indè nova provisione alterum ex illis indulserit, ut provisus retineat.*
14 *Ex quadragenaria observantia probatur immutatio Status Beneficii.*
15 *Pro verificatione gratiæ sufficit expressio facta juxta ultimum statum Beneficii.*
16 *Ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ Beneficia illarum Regionum non solent exprimi nisi in ducatis 24.*
17 *In Beneficialibus admittitur cumulatio titulorum.*
18 *Ubi plures modi vacationis alternativè fuerunt narrati sufficit verificatio unius.*
19 *Possessio non capta de manu executoris gratiæ est nulla, & inducit Beneficii vacationem.*
20 *Possessor in vim collationis factæ ab ordinario obtinendo etiam alteram à Papa non tenetur dimittere possessionem, sed sufficit dimissio verbalis, ut possit continuare mutato titulo possidendi ex supervenienti titulo institutionis.*
21 *Id procedit quoties gratia sit forma gratiosa, secus si in forma dignum.*
22 *Gratia in forma dignum non dicitur vera collatio, sed mandatum de providendo.*

DECISIO VIII.

SEquuta vocatione Archidiaconatus Collegiatæ Ecclesiæ Oppidi Sandecen. Cracovien. Diœcesis per obitum quondam Jacobi Zelaouski de mense Octobris anni 1693. fuerunt primordialiter de illo diversimodè provisi, tam Andreas Zielopplski per institutionem obtentam ab Ordinario præsentationem Patroni Laici, quam Ioannes Puezeck à Sancta Sede Apostolica in vim reservationis ad limites Textus *in extravag. regiam, de Præben. & Dignit.* ob qualltatem Prothonotariatus Apostolici infixam Iacobo defuncto; Cumque successivè fuerit promota judicialis contentio coram A. C. Thomato, & in

calore litis, uterque collitigans de validitate propriæ provisionis ab eadem Dataria Apostolica novas sub certo modo gratias impetraverit, idem A. C. suam promulgavit sententiam decernentem, Litterarum Apostolicarum executionem favore dicti Ioannis Puezeck, à qua cum mihi commissa extiterit appellationis causa cum consueta clausula *parito litteris arbitrio* ad provocationem dicti Andreæ succumbentis, iste iterum aliam novissimam provisionem sub certo modo à Dataria procuravit. Undè concordato dubio, tàm ad formam Commissionis, quam juxtà recentiores litteras impetratas ab Andrea sub his verbis concepto. *An intret arbitrium, sive potius novæ litteræ Apostolicæ Zielopolski sint exequendæ*. In illius hodierno examine Domini appensis ad justitiæ lancem juribus utrimque adductis censerunt in omnibus negativum proferre responsum.

Quod enim attinet ad priorem dubii partem concernentem Litter as Apostolicas dicti Ioannis Puezeck, ratio resolutionis fuit, quia licet arbitrium det facultatem aliquid remittendi de rigore juris, ad tradita per Rotam *dec.*
1 *450.nu.1.decis.284.n.5.part.1.& decis.154.n. 1. part.12. recent.* regulatur tamen à jure juxta doctrinam Bartol. *in extravagan. ad reprimendum verbo videbitur num. 8. vers. tertio casu, & in l. final. §. sed & si num. 16. Cod. commun. de legat.* Cæsar de Grassis *decis.8.num.2. de sentent.& re judic.* Rota *coram Gregor.decis.* 189. *num.* 3. Eoque magis id
2
procedit, quando, prout hic, versamur in arbitrio contento in commissione promanante à Signatura Justitiæ, quæ cum non faciat rescripta gratiosa, & à juris ordine aberrantia, Rota *in recent. decis.788. num.1. in fine par.* 1. tanto minus censeri debet per dictum arbitrium data facultas recedendi à recto juris tramite, Adden. ad Gregor.
3
4 *decis.189.nu.8.littera B. & in dicta decis.145. nu.5. par.12. recent.*

Jus autem non patitur, quod quando, (prout in nostro themate) omnia contenta in Litteris Apostolicis fuerunt justificata, debeat retardari illarum executio, sed potius propter earum auctoritatem petitæ executioni demandari debent, sive per notissimos Textus *in cap.litteris*
5 *de rescript. cap.si capitulo*, ibique Gloss. *verbo exequatur de concess.præben.* sive ad instar *legis final. Cod. de Edict. Div. Adrian.tollen.* Rota *decis.* 121. *num.* 1. *coram Gregor. & decis.348.num.1.par.5.& decis.141.num.2.part.19. recent. alibique passim*.

Et sanè verificatio narratorum, quæ respiciunt qualitatem Sacerdotis, idoneitatem dicti Joannis, valorem controversi Archidiaconatus, ejusque reservationem Sedi Apostolicæ, non fuit in dubium revocata, utpote in controversiam minimè deducta. Solumque quæstio restringebatur ad nonnullas exceptiones subreptionis, & obreptionis, quæ tanquam insubsistentes, visæ sunt prorsus eliminari ex infra dicendis, nam prima exceptio subreptionis opposita adversus primam gratiam dicti Joannis ob non expressam qualitatem Curiæ Animarum incumbentis controverso Archidiaconatui, nullius est relevantiæ, quoniam constitit ex datis *in Summario Joannis num.* 5. *littera B. &* 6. Quod non nisi cura habitualis residet in dicto Archidiaconatu, dum actualis administratur per Vicarios Ecclesiæ Parochialis Podegrodiensis, longè ante Sacrum Concilium Tridentinum eidèm Archidiaconatui accessoriè unitæ, testatur Reverendissimus Episcopus Cracovien., qui præsumitur benè informatus de statu Be-
6 neficiorum suæ Diœcesis, Rota *decis.* 484. *num.*15. *coram Buratto, decis.*192.*n.*5. *par.*18. *recent.* & dictum fuit *in Novarien. portionum.*4. *Julii* 1697. §. *non resistente coram me*, & comprobata, modernus Archidiaconatus Cathedralis Ecclesiæ Cracovien.

Quo stante litteræ Apostolicæ primæ gratiæ redargui nequeunt de subreptione, cum de cura habituali tanquam impropria, nulla sit facienda mentio pro validitate gra-
7 tiæ, ut benè expl cat Barbos. *de Paroc.par.*1.*c.*1. *n.* 49. & unum casum ab altero distinguendo tradit Card. de Luc. *de benefic.decis.*55.*num.*17. & 18. Lotter. *de re benefic. lib.*3. *q.*7.*n.*18.*cum tribus seqq.* Cassador. *decis.*12.*de præben.* Adden. ad Gregor. *dec.*450. *n.*10. ea accedente ratione, quod
8 hujusmodi cura habituali, & accessoria non habetur in consideratione ad qualificandum Beneficium, uti curatum, ad effectum faciendi mentionem de tali cura habituali, ut explicat præcitatus Lotter. *de re benefic. d. l.*3. *qu.*7.*à nu.*18.*ad n.*22. præsertim quando, prout hic, illemet, qui excipit de subreptione ex hoc capite non factæ expressionis curæ laborat eodem defectu in sua provisione, ut in simili advertit Card. de Luca *de pension. decis.* 38.*sub nu.*4. 9
vers. idque in hac facti specie Rot. *coram Ninot. decis.* 22. *in fine*.

Ulterius Domini existimarunt versari extra omnem difficultatem attentis litteris secundæ gratiæ ejusdem Joannis Puezeck ubi narratum fuit, quod Andreas obtinuerat certo modo gratiam Apostolicam, ex quo ipse Joannes non expresserat Pontifici curam animarum incumbere dicto Archidiaconatui, & exindè fit etiam mentio de cura actuali, ibi, *cuique cura actualis forsan imminet animarum*, ex qua narrativa, nedum sanatur defectus prioris gratiæ, quatenus adesset, sed stante expressa mentione curæ actualis, quamvis dubitativè facta hoc suprabundat, ut non requiratur ulterior justificatio, Barbos. *tract. var.d.*126. 10
*n.*1.& 6. Gonzal. *ad regul.*8.*Cancellariæ gloss.*32.*num.*10. & *seqq.* Rota *coram Cæsare de Grass. decis.*2.*num.*8. *de probat. & coram Pœnia decis.*2.*num.*8. *de probat. & coram Pœnia decis.*1528.*nu.*9.*& decis.*412.*num.*3.*par.*1.*& decis.*119. *num.*4. *par.*11. *recent.*

Hinc minoris ponderis recognitæ fuerunt aliæ binæ exceptiones obreptionis, nam illa illicita, ex quo Joannes expresserat, obtinere duos Canonicatus ex dispensatione Apostolica, nullo de ea allato legitimo documento, corruere visa est: siquidem longæva possessio dd. Canonicorum, quemadmodum inducit vehementem præsumptionem, quod legitima intercesserit dispensatio præsertim in Regionibus Poloniæ, ubi hujusmodi dispensationes sunt solitæ concedi, per Summum Pontificem ad tradita per Cocchier. *ad regul.* 51. *Cancell.nu.* 6. ita transfundit onus 11
probandi contrarium in Andream allegantem ex hoc capite obreptionem, tanquàm suæ intentionis fundamentum, Rota *coram Coccino decis.*89.*num.*1.& 2. *coram Gregor.* 12
*decis.*108. *num.*1. ibique Adden. *nu.* 12. & *coram Alexandro VIII. decis.*165. *nu.*24. & *seqq.*

Eoque certius, quia cum Pontifex indulserit dicto Joanni retentionem unius ex dictis Canonicatibus cum Archidiaconatu, augetur præsumptio præcedentis dispensationis ex hoc facto positivo Papæ, quæ videtur sufficiens ad tollendam quamcumque obreptionem, ut distinguendo notat Paris. *de resignat.lib.*3.*quæst.*6.*sub nu.*79. Rota *coram* 13
*Crescentio decis.*6.*in fine præben. & decis.*765. *num.* 3. *par.*1. *divers.*

Prout etiam non subsistit secunda, quod Joannes narraverit obtinere unicum tantum beneficium simplex in Ecclesia Cathedrali Cracovien. non excedens valorem ducatorum 12. nec personalem requirens residentiam, cum ceteroquin sint duo simplicia beneficia exposcentia residentiam; siquidem animadversum fuit, quod, licet antiquissimo tempore ex lege fundationis beneficia Sanctorum Ioannis, & Marthæ in Cappella Grotoniana essent duo conferri solita distinctis personis, injuncta personali residentia arbitrio Episcopi dispensanda, attamen ex post ob notabilem fructuum diminutionem præfata beneficia fuerunt ad invicem unita & tanquàm de unico Beneficio fuerunt plures personæ successivè provisæ, ut doctum fuit ex juribus datis in dicto *Summ. nu.* 5. *littera A. & nu.*7.8.& 9. Adeoque, cum per observantiam plusquam quadragenariam sequuta fuerit immutatio status hujus beneficii per Text. *in cap. cum de beneficio de præben. in* 6. Rota *coram* 14
*Merlino decis.*128. *& coram Buratto decis.*636. *utrobique n.*1. *cum aliis relatis* Rotam *decis.* 182. *num.*15. *part.* 18. *recent.* nedum ad salvandam gratiam ab obreptione, sed etiam ad illius verificationem sufficit expressio facta juxta ultimum statum, ad firmata per Rot. *decis.* 729. *Seraphino,* 15
& coram Priolo decis. 38. *num.*4. *& decis.* 233. *num.*1. *in fine par.*1.*& decis.*162.*num.*31.*part.*12.*& decis.*165.*n.*7.*par.* 18. *recent.* Absque eo quod turbet valoris expressio in ducatis 12. apparet ex litteris primæ gratiæ, nam, cùm fuerit correctus in aliis secundæ provisionis per expressionem in ducatis 24. hoc operatur, quod non sit opus alia verificatione, cum ex generali consuetudine, & ex concordatis Germaniæ, & Poloniæ, beneficia illarum regionum non soleant exprimi nisi in dictis ducatis 24. ad tradita per Nicolas *ad Concordata Germaniæ tit.* 2. *de annat.* §. *secundo*, 16
Rota *coram Cerro decis.*400 *num.*13.*& decis.*572.*nu.*2. & in puncto de Beneficiis Poloniæ firmavit Rota *dec.*665. *nu.*4. *par.*18.*recent.*

Sublatis itaque ex prædictis omnibus exceptionibus subre-

subreptionis, & obreptionis, assumentes DD. inspectionem secundæ gratiæ ab eodem Joanne cumulativè obtentæ ad magis confovendum propria jura cum multiplicatione titulorum, quæ passim admittitur in Beneficialibus,
17 juxtà *cons.*7. Calderini *de election.* quod sequitur Rota *ut in decis.*202.*num.*21. *coram Cerro*, & *decis.*333.*nu.*6.*par.*1. *& decis.*370.*num.*10.*part.*13.*& decis.*413.*num.* 15. *part.* 18. *recent.*

Animadverterunt, quod licet in eisdem litteris fuerint narrati plures modi vocationis, cum tamen alternativè legantur concepti, pro executione gratiæ sufficit, quod alter ex illis verificetur, juxta communem
18 Theoricam de qua Garz. *de Benefic.part.*11.*cap.*1.*num.*68. *cum aliis relatis per* Rosam *de executione litterarum Apostolicarum cap.*6.*num.*31. Rota *coram Dunozett. Sen. decis.*307. *& Dunozett.Jun.*337. *utrobique num.*7. *& coram Cerro decis.* 711.*num.*3.

Et proindè, prætermissis aliis modis vocationis, super quibus superfluum existimarunt immorari, concordes fuerunt easdem litteras secundæ gratiæ optimè justificari in eo, quod Andreas non dimiserit possessionem Archidiaconatus ad formam decreti annullativi adjecti in ejus litteris, fed novam possessionem de facto absque ullo mandato Judicis apprehendit, & retinere præsumpsit, ut probatum fuit ex datis in *Summario à n.*10.*ad* 14. quæ nova possessio, tanquam auctoritate propria expleta pendente lite, sicuti salvari nequit à nullitatis vitio, cum non aliter capi debebat, quàm de manu Judicis exequutoris, ad tradita per Paris. *de resignat.lib.*10.*q.*6.*n.*27. *& seq.* Ros. *de execut.litterarum Apostolicarum cap.*14.*nu.* 183. Rota *coram Alexandro VIII.dec.*194.*n.*11. Ita inficiari nequit, quo minus ex indispensabili lege antedicti decreti Summi Pontificis induxerit vocationem controversi Archidiaconatus ibi - *aliis præsens gratia nulla sit*, & *dictus Archidiaconatus vacet eo ipso*.

Nec Andreas excusari valet ex motivo, quod cum ipse reperiretur in possessione vigore institutionis obtentæ ab Ordinario, potius censendum sit, illam continuasse mutato dumtaxat Jure possidendi ex supervenienti titulo
20 provisionis Apostolicæ, ad tradita per Rotam *decis.* 97. *num.*4.*cum seq.& decis.*108.*nu.*1 *par.*5.*recent.*

Quoniam placuit responsio, quod, cum gratia Andreæ non fuerit concessa *in forma gratiosa*, in quibus terminis fortasse opitulari potest verbalis dimissio, & admittitur continuatio ex novo titulo, juxta doctrinas in objecto allegatas, sed dicta gratia appareat in forma *dignum*, hoc sanè in casu ex veriori Doctorum sensu requiritur illius justificatio coram certo Executore, & ideò non admittitur verbalis renunciatio antiquæ possessionis, multoque minus nova apprehensio propria auctoritate, seu continuatio ex supervenienti titulo; sed possessio capi debet de manu Exequutoris, cui reperiuntur directæ litteræ Apostolicæ, ut distinguendo, & reprobando contrarias auctoritates relatis concordantibus in puncto firmavit
21 Rota *coram Cerro decis.*227.*num.*21. *ad* 25. & ratio est evidens, quia gratia in forma *dignum* non dicitur vera collatio, seu provisio, sed mandatum de providendo, tribuens dumtaxat actionem implorandi officium Judicis verificatis verificandis, ut tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *qu.*8. *num.*138. *cum seqq.* Rebuff. *in præx tit. de rescript. in forma dignum num.* 2. & 3. & profequitur Rota *coram Cerro dict. decis.*227.*nu.*24.

Constito itaque ex hucusque dictis de verificatione litterarum Apostolicarum utriusque gratiæ Joannis Puezeck in necessarium consequens paruit responsio negativa ad secundam dubii partem, respicientem novas litteras dicti Andreæ, quia, cum non in alio fundetur, quam in prætensa subreptione, & obreptione ambarum provisionum dicti Puezeck, sicuti fuerunt vindicatæ ab omnibus defectibus oppositis, ità excludunt litteras dicti Andreæ, quæ, utpotè innixæ falsis suppositis, nullam merentur executionem ex vulgatis.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Cracovien: Archidiaconatus.

Mer. 26. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Præcedens confirmatur Decisio.

SUMMARIUM.

1 *Quando litere gratiæ subreptionis vitio possunt notari vitiantur, & sit locus novæ gratiæ.*
2 *Per longævam 40. annorum observantiam fit mutatio status Beneficii.*
3 *Expressio facta juxta ultimum statum Beneficii sufficit pro justificatione gratiæ.*
4 *Et suffragatur ad salvandam gratiam à subreptione.*
5 *Ultimus status Beneficii non est attendendus quando ex ostensione Instrumenti fundationis contrarium ostenditur.*
6 *Fallit 1. quando adest longæva observantia 40. annorum & num. 7.*
8 *Fallit 2. ubi inevidenter tractatur de qualitate Beneficii ad effectum salvandi expressionem à vitio subreptionis.*
9 *Impetranti gratiam eo sub fundamento quod alter falsam fecerit narrationem concludenter onus incumbit probandi subreptionem fuisse dolosè, & mala fide inductam.*
10 *Exceptio subreptionis quando non est clara nunquam retardare solet executionem litterarum gratiæ.*
11 *Ad irritandam gratiam non sufficit probare aliquid fuisse tacitum, nisi etiam probetur quod si fuisset expressum potuisset reddere Pontificem difficiliorem ad concedendam gratiam.*
12 *Pro sustinenda gratia semper in dubio fieri debet benignior interpretatio.*
13 *Ex lege fundationis etiam in Beneficiis simplicibus potest inhærere præcisa necessitas residendi.*
14 *Actus facultativi non faciunt statum.*
15 *Narrativa falsa quæ nec movit concedentem, neque est dolosa non vitiat gratiam etiam in rescriptis gratiosis.*
16 *Residentiæ onus intelligitur in dubio de residentia causativa quæ incompatibilitatem non inducit.*

DECISIO IX.

EX iisdem fundamentis, quibus die 19. Aprilis proximè prætetiti fuerat coram me decisum, litteras Apostolicas Ioannis Puezeck esse exequendas, posthabitis aliis novis litteris impetratis ab Andrea Zielopolski super controverso Archidiaconatu, hodie Domini censuerunt standum esse in decisis.

Præmisso enim, quod hodierna controversia inter partes collitigantes restricta fuit circa articulum, an litteris Apostolicis expeditis à D. Ioanne adesset, nec ne subreptio, vel falsa expressio cujusdam beneficii simplicis ab eodem obtenti, & de tempore gratiæ controversi Archidiaconatus posessi, itaut, quatenus litteræ d. Ioannis convincerentur subreptitiæ, vitiaretur gratia Archidiaconatus juxta communem sensum Canonistarum ad tradita per Abb. *in* 1
*cap.ad aures de rescriptis nu.*4. per Decium *in cap. Postulasti eod.tit.* ibique Felin. Fagnan. *in cap. super litteris de rescript.* Oldrad. *de rescript.prælud.* 9. *n.* 55. Alex. *cons.*161. *vol.* 7. Lotter. *de re benef.lib.*2.*cap.*54. *n.* 14. Ros. *de execut. litter. Apost.cap.*2.*n.*26.*per tot.* Rot.*dec.*162.*n.*25. *p.*12. *rec.* & proindè fiere locus novæ gratiæ super eodem Archidiaconatu impetratæ sub certo modo ab Andrea Zielopolski.

Ideò reassumpta indagine super hoc particulari emergenti, quamvis defensores d. Andreæ nimis se diffunderent super verificatione dd. litterarum sub certo modo impetratarum à d. Andrea sub præcipuo fundamento, quod Ioannes in suis litteris falsò narraverit unicum possidere simplex beneficium nullam requirens residentiam, quando verè non unum, sed duo sint beneficia requirentia præcisam residentiam callidè subticitam;

Nihilominus iterum DD. animadverterunt, quod quidquid sit, an antiquis temporibus, & in sui primordio ex lege fundationis beneficia S. Joannis, & S. Marthæ essent duo beneficia solita conferri diversis personis, est certum, quod cursu temporis, vel ob notabilem fructuum diminutionem, vel alia de causa dd. duo beneficia coaluerunt in unum, & tamquam de beneficio simplici successivè fuerunt plures personæ provisæ, ut doctum fuit *in præterito Sum. juxtà numeros rel. in dec. quæ revidetur §. Prout etiam*, ubi benè firmatur per longævam observantiam excedentem metam 40. annorum fuisse mutatum statum dd. duorum beneficiorum in unum simplex.

Quamobrem litteræ d. Joannis Puczeck obtentæ super Archidiaconatu cum expressione, quod possidebat unicum simplex beneficium non possunt redargui de subreptione, quia expressio d. beneficii, uti facta juxta ultimum statum, nedum sufficit pro justificatione gratiæ per Text-
3 tum *in cap. querelam 2. 4. de elect. cap. consultationibus 19. de jurepatr. cap. cum Eccl. Sutrina 3. de caus. possess. & propr.* Marescott. *var. resolut. lib. 1. q. 34. nu. 4.* Rot. *coram Gregor. decis. 482. nu. 7. & coram Seraph. decis. 1229. num. 2. & coram Buratt. decis. 776. & coram Duran. decis. 208. num. 6. & decis. 544. nu. 5. par. 4. & decis. 101. num. 8. par. 7. recent.* & dictum fuit *in Mediolanen. Præposituræ 4. Julii 1692. §. fundamentum coram me*. Verum etiam procul dubio abundè suffragatur ad salvandam gratiam Archidiaconatus à subreptione, ad tradita per Rot. *coram Pen. decis. 1337. nu. 4. & seqq.*
4 *coram Seraph. decis. 729. nu. 1. & dec. 1229. nu. 3. & coram Caval. dec. 450. nu. 8. & dec. 233. nu. 1. in fine part. 1. & dec. 162. nu. 31. par. 12. rec.*

Non juvante replicatione, quod ultimus status dicti beneficii non sit attendendus, quando, prout hic, ex ostensò Instrumento fundationis clarè constat beneficia fuisse duo, cum in hoc casu stari debeat veritati anterioris status absorbentis posteriorem per Text. *in cap. cùm de benef.* ubi
5 glos. *de præbend. in 6.* Lotter. *de re benefic. q. 34. n. 35. lib. 1.* Rot. *dec. 374. n. 6. par. 1. & decis. 181. num. 13. par. 18. recent.* cum aliis in objecto allegatis, quibus addi potest decisio in *Nevar. Portionum §. Nec adversatur novissimè edita sub eadem die 26. Jun. anni current. coram me*.

Quoniam quidquid sit de quæstione in genere, an, & quando anterior status clarè probatus præjudicet posteriori, de qua latè tractant Lotter. *de re benef. l. 1. q. 34. per tot.* & Ros. *de excus. litt. Apost. c. 6. n. 96.* est certum, quod objectum fundatum in clara probatione anterioris status non officit in præsenti hypotesi.

Tum, quia, ut dictum est, anterior status beneficii possessi à d. Joanne de tempore obtentæ gratiæ super Archidiaconatu remanserat præscriptus, vel immutatus per lon-
6 gum tempus plusquam 40. annorum, ut probatur *in decis. quæ revidetur §. prout*; Tum quia per contrariam observantiam providendi dd. duo beneficia S. Joannis, & S. Marthæ, tamquam unum beneficium, nequit negari, quin anterior status saltem reddatur dubius, quo casu semper est
7 attendendus ultimus, ut benè dictum fuit in *d. Mediolanen. Præposituræ 4. Julii 1692. §. certius coram me*; Tum fortius quia præsens quæstio principaliter non versatur circa collationem ejusdem beneficii per unicitatem expressi in litteris diversæ gratiæ super Archidiaconatu, & proindè formalis inspectio circa primum, vel ultimum statum beneficii videtur potius extranea, & sub intrat altera conclusio, quod quando incidenter tractatur de qualitate beneficii, & an sint duo, vel unum, ad effectum salvandi expressionem bona fide factam à vitio subreptionis sufficit ultimus status, qui est unicè attendendus, ut ultra doctrinas relatas
8 *in §. quamobrem* tradunt Calderin. *cons. 23. de præbend.* Bald. *cons. 437. l. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 45. §. 2. num. 15. & seq.* Rota *decis. 14. de jurepatr. & decis. 49. de rescript. in antiq. & benè coram Duran. decis. 377. num. 6.*

Quinimò, cum Andreas Zielopolski suam novam gratiam impetraverit sub certo modo, nempe, quod Joan-
9 nes Puczeck falsò narraverit obtinere unicum beneficium non residentiale, eidem propterea incumbit onus concludenter probandi prætensam subreptionem fuisse dolosè, & cum mala fide inductam, ut benè firmat Fagnan. *in cap. supra litteris de rescriptis*, Rota *coram Gregor. dec. 108. n. 1. & seq.* ibique Adden. *num. 12. & coram Alexandr. VIII. decis. 165. num. 24. & coram Dunozett. dec. 825. nu. 17. & decis. 131. num. 7. par. 11. recent.* ita ut simplex exceptio subreptionis, quando ista non est clara, nunquam retardare soleat executionem litterarum Apostolicarum, sed rejicienda est ad petitorium, Rota *coram Reyes decis. 237. nu. 10.* Bich. *decis.* 10
455. num 57. & decis. 236. in fine, latè Rosas *de execut. litter. Apost. cap. 5. n. 117.* ubi quod in hac materia non est satis probare aliquid fuisse tacitum, nisi etiam probetur, quod si fuisset expressum, potuisset reddere Pontificem difficiliorem ad concedendam gratiam, Felin. *in cap. super litteris* 11
nu. 18. de rescript. Spad. *cons. 82. nu. 2.* Trentacinq. *resol. 5. nu. 23.* pro qua substinenda semper in dubio fieri debet benignior interpretatio, Rosa *d. cap. 5. num. 52. & Rot. coram* 12
Dunozet. dec. 367. nu. 17.

Atque ex his hucusque firmatis corruere etiam visum est alterum caput subreptionis descriptum ex reticita qualitate residentiali annexa dicto beneficio à Joanne possesso; Quoniam, licet beneficiis simplicibus ex lege fundationis posit inhærere præcisa necessitas residendi, Abb. *in cap. ult. sub num. 5. vers. nam gratia de Cleric. non resident.* 13
ibique Imol. *num. 13.* Zabarell. *cons. 3. sub num. 5.* Lotther. *de re benef. q. 23. n. 12.* Rota *dec. 489. n. 2. par. 2. rec. & coram Bich. decis. 13. nu. 5.* tamen in casu nostro nullibi apparet fuisse adjectum tale præcisum onus residendi Possessori ejusdem beneficii, quinimò ex visitationibus datis *in contrario Summ.* colligitur d. onus residentiale esse repositum in arbitrio Episcopi cum facultate dispensandi possessorem à residentia, quo casu nunquam dicitur inducta qualitas præcisa residendi, & contrarium dicenti incumbit onus probandi concludenter, ut firmavit in puncto Ro-
14 ta *coram Merlin. decis. 825. num. 34. & decis. 162. num. 20. part. 12. recent.*

Potissimum quia, cum dictus Joannes possederit dictum beneficium absque ulla residentia, sciente, & patiente Episcopo, vel dicendum est, quod fuerit dispensatus ab onere residendi, vel illius bona fides non residendi cum scientia, & patientia d. Episcopi eum excuset à subreptione, seu falsa expressione qualitatis non residentialis ad tradita per 15
Fagnan. *in d. cap. super litteris de rescript. num. 52.* & Rot. *dec. 536. n. 3. part. 4. tom. 3. recent.* & generale est, quod in dubio onus residendi intelligitur de residentia caulativa, quæ incompatibilitatem non inducit, ex optima ratione, quod satis est, ut Beneficiatus careat fructibus, nisi resi- 16
deat, juxta theoricam Butrii *in cap. final. nu. 7. de Cleric. non resident.* ibique Innocent. & Joan. Andr. *nu. 5.* Gratian. *discept. for. 133. n. 25.* Honded. *de incompatibilit. par. 1. cap. 17. n. 34.* Rot. *coram Bich. dec. 13. n. 8. 9. 10. & dec. 483. nu. 2. p. 1. divers. & dec. 489. n. 3. par. 2. rec.*

Et ita per Dominos approbantes iterum cætera fundamenta præteritæ decisionis utraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Majoricen. Præcentoriæ.

Lunæ 2. Decembris 1695.

ARGUMENTUM.

Subrogatio gratiosa collitiganti conceditur per mortem alterius collitigantis, dummodo tamen adsit lis super Beneficii titulo non autem super sola possessione, quodque lis non fuerit calumniosa & collitigans non reperiatur in gravescenti ætate. Ad d. tamen effectum lis super titulo Beneficii dicitur extare ex commissione in qua adsint clausulæ *quam & quas unacum incident. dependent. emergend. annexis, & connexis* licet in commissione simpliciter narratæ fuerint molestationes super sola possessione beneficii, justitia verò litis ex qualibet causa levi, & colorata probatur, senectutis autem animadversio excluditur, si adsit causa, ex qua removeatur suspicio fraudis, ad declarationem *Disc. L. & disc. LXXVII. de Benefic.* Card. de Luc.

SUMMARIUM.

1 *SEntentia transit in judicatum si in primo anno commissio impetratæ fuerit, & effectu communis per citationem ad dicendum contra, & in secundo anno prosequuta fuerit. Lis.*

2 *Res*

2 *Res judicata pro veritate habetur.*
3 *Et ligat nedum cedentem, & cessionarium.*
4 *In vim subrogationis gratiosæ debetur immissio docto de Clericatu, & de litis introductione, & n 5.*
6 *Ad effectum ut exequenda sit subrogatio gratiosa debet constare de lite super titulo beneficii, nec sufficit, si adsit super sola possessione.*
7 *Dicitur constare de lite super titulo beneficii si in missione adsint clausulæ* cum omnibus, & singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali, *ac* quam & quas.
8 *Et si causa fuisset introducta super possessorio.*
9 *Lis dicitur inducta super titulo beneficii, si provisus illud petat tamquam suum, & collatum, non autem tamquam conferendum.*
Enunciativæ super impetratione incidente emissæ, & ad collorandam possessionem non sufficiunt ad probandam litem super titulo beneficii, si clarè constet incidenter tantummodo fuisse factæ, secus autem si illæ apparent in ipsa commissione litis inchoativa, & prægnantibus clausulis munitæ.
10 *Juxta opinionem antiquam ad inducendam litem super titulo beneficii exigebatur ultra clausulas prægnantes deductio petitorii in impetratione commissionis obtentę ex causa commissionis obtentæ ex causa molestationis in possessione beneficii.*
Juxta vero opinionem modernam talis mentio minimè requiritur n. 11. 12. & 13.
14 *Ex regula 31. Cancellariæ irritantur omnes commissiones, & processus facti litteris non expeditis, atque inefficacem reddit limitem pro impetranda subrogatione gratiosa.*
15 *Id tamen locum habet, si commissio impetretur ab ipso collitigante, qui deinde gratiosam subrogationem obtinuit, secus autem si lis introducatur ab eo, qui litteras habet, quia tunc lis super beneficii titulo dicitur introducta quamvis alter eodem careat, cum in subrogationis materia gesta ad instantiam unius alteri collitiganti prosint, & n. 16.*
17 *Lis calumniosa causam non præbet concedendi subrogationem gratiosam.*
18 *Ad effectum exequendi subrogationem quælibet causa licet levis, & colorata sufficit ad excludendam calumniam litis introductæ.*
19 *Nam calumnia debet esse evidens, atque notoriæ constans, ut nullo colore adumbrari possit.*
20 *De jure datur simultanea collatio Episcopi cum capitulo.*
21 *Ignorantia semper præsumitur.*
22 *Simplex credulitas suffragatur ad effectum excludendi calumniam.*
23 *Regula de subrogandis excludit impetrantes beneficia viventium quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem imminet vitæ prriculum, cum tales impetrantes improbi præsumantur Litigatores, & non fovere bonum Jus.*
24 *Dicta regula est fundata in præsumpta fraude, & sic ubi excludi possit suspicio illius cessat regulæ dispositio.*

DECISIO X.

SUb narrativa, quod Michael Balester ex impetratione certo modo facta Præcentoriæ Dignitatis in Ecclesia Cathedrali Majoricen. per obitum extra Curiam Antonii Cottoner molestare se jactasset Fredericum Sancellonum ab Ordinario de eadem Dignitate provisum, atque in quieta, & in pacifica possessione præexistentem, obtinuit iste hujusmodi jactationes Tribunali nostro committi cum omnibus, & singulis incidentibus, & emergentibus, toto negocio principali, ac clausula, quam, & quas expedirique curavit solitas litteras citatoriales, & easdem in partibus Michaeli præsentari, sed paulò post in hoc statu defuncto, Michael collitigans superstes gratiosam subrogationem in illius Juribus ab eadem S. Sedem reportavit, & opinante iterum Ordinario Præcentoriam adhuc esse ejus liberæ collationis, contulit eamdem Christophoro Fiol inter quem, & Michaelem gratiosè subrogatum contentione renovata coram R. P. D. meo Caprara præviis Decisionibus editis sub diebus 3. Julii 1690. & 26. Junii 1691. prodit Sententia Rotalis immissionem Michaeli decernens ad nominatam Dignitatem, cujus Sententiæ executio cum deinde præservata fuerit per Signaturam Justitiæ cum Clausula *Sine præjudicio*, ac Christophorus in manibus Sanctissimi ejus Jura cesserit, atque se in illis subrogari obtinuerit Joannes Nepos post lapsum, nedum anni, sed biennii, & ultra reassumpta fuit inter hunc, & Michaelem disputatio in Audientia diei 17. Junii superioris anni sub dubio, *An constet de re judicata, seu Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & Patres tunc resolutione ad Kal. dilata, tandem hodie de re judicata constare existimarunt moti ex prænotato temporis lapsu, quo attento cum nihil fuerit in causa actum statim res judicata insurgit ad 1
Text. *in cap. cum sit Romana de appellationibus* Rot. *coram Celso decis. 328. numer. 14. coram Cerro decis. 505. num. 2. & in Toletana Decimarum de Capilla 9. Junii 1692. §. subsistit coram bo. mem. Benincasa, ac in Majoricen. Vicariæ super re judicata 22. Junii 1665. §. Moti, siquidem coram me*; Et Sententia hujusmodi in judicatum transacta pro veritate habetur *l. res judicata ff. de reg. Jur. l. Ingenium ff. de stat. homin.* Surd. *cons. 61. num. 2. cum seqq.* 2
Rota *in rec. decis. 425. num. 19. part. 5.* ligatque nedum Christophorum cedentem, sed ipsum Joannem Cessionarium, qui illo Jus suum metitur ex regul. Text. *in l. nemo plus Juris ff. de regul. Juris l. Emptor. ubi* Bald. *C. de* 3
hæredit. action. Rota *in recent. decis. 117. num. 12. par. 8. & coram Cardinali Cerro decis. 355. num. 3.*

Attenta signanter ejusdem Sententiæ immissivæ Justitiæ cum super validitate quæstio non fiat derivante ex eo, quod constat de Clericatu Michaelis, de Obitu in possessione Sancellonii non controversis, atque de lite inter ipsos introducta ex mentionata commissione, ut supra expedita, præsentata, & reproducta juxta *Clementina 2.* ut lite pendente gloss. & DD. Rot. *coram Du-* 4
rano decis. 38. num. 7. coram Burrat. decis. 927. num. 3. coram Bich. decis. num. 4. & coram San. Mem. Alexandro VIII. decis. 140. num. 7. quæ sunt requisita necessaria ad obtinendam Immissionem vigore subrogationis gratiosæ, Rot. *coram Moedan. dec. 10. num. 1. cum seqq. ut lite pendente co-* 5
ram Gregor. decis. 407. num. 1. cum aliis coram Bich. dec. 187. num. 2. coram Card. Cerro decis. 27. pariter num. 1. & in Papien. Beneficii 20. Novembris 1645. coram Card. Corrado impress. penes Contrarium discept. forens. 15.

Neque relatæ Sententiæ iustitiam in aliquo perturbare visæ fuerunt exceptiones pleno calamo per Defensores Joannis repetitæ, non quidem prima, quod nulla lis inter Michaelem gratiosè subrogatum, & Sancellonum defunctum intercesserit super Beneficii titulo prout in hoc casu requirit Text. *in capite secundo, ut lite pendente in* 6
6. Lotter. *de benef. lib. 2. quæst. 20. num. 114.* Rota *in recent. decis. 427. num. 5. part. 18. & in Vicen. Benef. 19. Januarii 1693. §. In nihilo refragante coram R. P. D. meo Molines, sed dumtaxat super illius possessione, quod Beneficium non reddere litigiosum, & subrogationi affectum advertunt ex theorica glois. in cap. 1. verb. litigiosè de confirm. util. vel inutil.* Rot. *de execut. cap. 16. num. 125.* Rot. *in recens. decis. 339. n. 1. par. 10. & coram Gregor. decis. 335. num. 5.* nam quod revera lis fuerit super Beneficii tit. nedum resultat ex efficacibus clausulis in Commissione ut supra appositis *cum omnibus, & singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali, ac quam, & quas*, ex quibus introductam fuisse litem, quoque super Beneficii titulo constanter tenuit Rota, ut de clausula, *quam*, & *quas in decisione Mobedan. sexta* post 7
Med. *vers. insuper de rescript. coram Cavaler. decis. 20. nu. 5. coram Gregor. decis. 125. numer. 15. coram Celso decisione 179. numero sexto coram Carillo decisione 135. numero septimo, coram Bich. decis. 187. nu. 14. coram Cerro decis. vigesima septima num. 6. in recent. decis. 306. num. 1. par. 1. decis. 455. nu. 2. secunda parte, decisio 163. numero decimo parte decima octava, decisione 146. numer. trigesimo quinto cum sequ. & decisione 205. numero decimoquarto parte nona in Calaguritana Beneficii 3. Martii 1662. §. lis vero coram Bevilaqua, & in Valentina Beneficii 12. Decembris 1692. §. Nihil enim coram Reverendissimo Turonen. ac de clausula cum omnibus incidentibus, & dependentibus annexis, & connexis coram Cassadoro decis. nona num. 13. de caus. possess. & propriet. coram Cavalerio dict. decis. 200. numer. quinto coram Duno-*

zet. Jun. decis. 367. num. 9. & in trigesimo coram Bich. dec. 187. num. 14. coram Cerro d. decis. 27. num. 6. in recent. decis. 342.
8 *num. 2. parte prima*, ubi licet Causa fuisset introducta super possessorio, & de clausula cum toto negotio principali *coram Verall. decis. 152. per tot. part. 1. & coram Cerro citat. decis. 27. num. 6.*

Sed etiam ex quo Commissio obtenta fuit ex causa impetrationis Beneficii certo modo factæ per Michaelem, & ad finem se eximendi a quibuscumque molestiis super ipso Beneficio inferendis, de quo se ab Ordinario provisum narravit, tunc enim censetur omne Jus deductum in Judicio, atque lis super Beneficii titulo pariter illata, prout
9 considerat Rota *coram San. Mem. Alexandro VIII. decis. 140. numero septimo, & octavo coram Cardinal. Cerro decis. 27. numero octavo, & in dicta Papien. Beneficii §. Accedit etiam, coram Cardin. Corrado*: Minimè attento, quod enunciativa istarum impetrationis, & provisionis fuerit incidenter emissa, atque etiam respectu secundæ pro possessione Beneficii coloranda ex *decis. 335. & coram Gregor. decis. 85. num. 5. & 7. part. 6.* nam in illarum casu constabat incidenter fuisse factam, & quidem in prosecutione litis, quod secus se habet in præsenti ob narrativam factam in ipsa Commissione excitatoria, & inchoativa litis cum tot ponderatis clausulis, ut supra præmunita.

Et hic quicquam non obstat, quod in hac Commissionem simpliciter expositæ fuerint molestationes meram possessionem Beneficii respicientes, ut exinde possessorium dumtaxat fuerit in lite deductum nullatenus tamen petitorium concernens ipsius Beneficii titulum, de quo habita non fuit in Commissione mentio, neque in progressu litis ad speciem deductum, prout hoc de necesse re-
10 quiri etiam in concursu supradictarum clausularum putat his terminis Adden. *ad Gregor. decis. 125. num. 18.* & generaliter Rota *in recentior. decis. 85. num. 5. par. 6.* post Pacific. *de Salviano interdict. decis. 68. num. 12. & coram Seraphin. decis. 1013. num. 3.* Quoniam licet expositæ fuerint in Commissionis Exordio molestationes super possessione istius Beneficii, cum in conclusione tamen postulatum fuerit causam committi non restrictivè ad hujusmodi molestationes super ipsa possessione tantum, sed generaliter, & indefinitè super omnibus, etiam incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali super addita clau-
11 sula, quam, & quas, ac mentione impetrationis, & provisionis utrinque Collitigantis censetur Judicium, tam possessorium, quam petitorium in Commissione comprehensum, atque etiam in Judicio deductum ex firmatis per Rot. *in decis. 9. de Causis possess. & propriet. in novis coram Cavaler. decis. 200. numero quarto coram Merlin. decis. 73. numero sexto coram Cerro decis. 27. num. 3. & 4. & bene in d. Papien. Beneficii §. Nam in princip. coram Corrado.*

Deductio autem petitorii ad speciem, vel ex prædictis abundanter resultat, & signanter ex recensita mentione habita impetrationis, & provisionis, vel saltem necessaria non fuit ob efficaciam relatarum clausularum, qua attenta nunquam Rota in modernis decisionibus hanc
12 petitorii deductionem ad speciem requisivit, ut appositè objecto, Adden. ad Gregor. respondit Rosa *de execut. litterarum Apostolicarum cap. 16. num. 129.* quinimò auctoritates in objecto adductæ procedunt in diversis terminis, ac loquuntur de simplici clausula, *quam, & quas* non con-
13 currentibus aliis potentioribus cum incidentibus, emergentibus, totoque negocio principali, ut in hypothesi, quæ nullam specificationem petitorii exquirunt, sicuti etiam declarat Ros. *de execut. Litterarum Apostolicarum dicto cap. 16. num. 127.*

Prout similiter non urget, quod Michael vivente Sancellono Litteras Apostolica ejus impetrationis non expediverit, sed post illius obitum, nam tametsi Regula 31. Cancellariæ irritet omnes Commissiones, & pro-
14 cessus factos litteris non expeditis, ut in specie de Commissione jactationis, jactationum, Mandos. *ad d. Regulam num. 9. & 71. in fin.* atque inefficacem reddat litem pro reportanda subrogatione gratiosa ex Rot. *coram Manzaned. decis. 896. num. 3. & 4. & in Leodien. Præposituræ 16. Februarii 1685. §. Ad concludendum coram bonæ memoriæ Albergat. & 21. Decembris 1686. §. Sine enim coram*
15 *bonæ memoriæ Benincasa*. Id tamen locum sibi vindicat quoties Commissio impetratur ab ipso Collitigante, qui deinde gratiosam subrogationem obtinuit, nam cum non haberet titulum, sed dumtaxat Jus ad rem ob supplicationem signatam non præexisteret materia, super qua lis posset induci ex traditis per Rotam *coram Bich. decis. 87. num. 8. & 9. cum aliis in recentior. decis. 427. numer. 27. cum seqq. part. 58.* Secus autem in hoc casu quoties Commissio jactationis, jactationum impetrata non fuit à Collitigante Litteris Apostolicis destituto, sed ab altero provisionem Apostolicam, seu Ordinarii, prout Sancellono habente ac se declarari postulante verum Beneficii titularem, tunc enim lis super titulo dicitur introducta quamvis alter eodem careat, cum in subrogationis materia gesta ad instantiam unius partis alteri Collitiganti prosint, ut æqualitas servetur, & nihil interest, an ex parte rei, seu actoris lis super Beneficii titulo fue- 16
rit inchoata juxta theoricam *gloss. communiter receptam in capitul. ut lite pendente* Rosa *de execut. Litterarum Apostolicarum cap. 16. num. 121. post med.* Adden. *ad Gregor. dec. 365. sub num. 8.* & Rota *coram Bich. dict. decis. 187. nu. 13. & 14. & in sæpè dicta Papien. Benef. §. Minus relevat coram Card. Corrado.*

Minus adversatur secunda exceptio, quod lis, de qua agitur fuerit calumniosa, eo quod Michael pro reportanda hujusmodi Præcentoriæ gratia Papæ falso narravit illam esse simultaneæ Collationis Episcopi, & Capituli, quodque solis Canonicis vigore antiquissimi Statuti per Sedem Apostolicam confirmati conferri debuerit, quæ calumnia attenta subrogatio gratiosa denegetur, & concessa non substineatur, Mandos. 17
ad regul. de subrogat. quæst. 11. numero sexto. Rota *coram Dunozett. Jun. decis. 97. numero nono in recentior. decis. 427. numero quinto part. 18. & in Melevitana Parochialis 5. Decembris 1691. coram Reverendissimo Turonen. & 13. Aprilis 1693. utrobique §. final. coram Reverendissimo Patre Domino meo Caprara*. Etenim cum hodie non agatur de executione dictæ gratiæ, in qua ad unguem verificeri debuissent expositæ, neque pro decidenda Controversia super qualitate ipsius collationis, tam activæ, quàm passivæ, sed ad effectum dumtaxat judicandi an lis fuerit calumniosa, quo enim casu satis est pro excusando hoc crimine signanter ad effectum gratiosæ subrogationis, quælibet causa licet levis, & colo- 18
rata, ut advertunt Rebuff. *in praxi. super regulam de subrog. gloss. 7. numero tertio* Rota *apud Marches. de Commissione tom. 2. fol. 516. numero tertio in recentior. decis. 342. numero septimo parte prima coram Dunozett. Jun. decis. 294. numero octavo coram Bich. decis. 187. numer. 7. coram Cardin. Cerro decis. 27. numer. 12. & in Valentina Benefic. 4. Julii 1692. §. Neque hic valet coram Reverendissimo Hervault*. Nam calumnia debet esse evidens, atque taliter notoriè constans, ut nullo colore adumbrari possit, 19
Loter. *de re benefic. libro secundo quæst. 20. numer. 110. cum sequentibus* Adden. *ad Gregor. decis. 427. numero septimo* Rota *coram Buratt. decis. 927. numero decimo coram Bich. decis. 287. numer. 32. & coram Cardin. Cerro dict. decis. 27. num. 13.*

Concurrit in contingentia præsentis casus sufficiens Causa, nec non abest evidens, & notoria calumnia, tam ex eo, quod impetratio per Michaelem facta fuit de consensu, & mandato totius Capituli, in quo præsumi non potest calumniandi Animus, ut advertit secunda Decisio hujus Causæ Reverendissimi Patris Domini mei Capraræ §. *Quod autem* quam, ex quo respectu activæ simultaneæ collationis Episcopi cum Capitu- 20
lo eadem competit de Jure ex traditis per Cardinal de Luca *de Benefic. disc. 30. numer. 15.* & Rota *in recentior. decis. 156. 207. 278. & 394. part. 12.* Non adversante contraria Consuetudine istius Ecclesiæ in provisionibus Dignitatum canonizata *in decis. 675. part. 4. divers. & decis. 1378. 1423. coram Coccin.* cum nullibi probetur in Michaele illius, & decisionum notitia prout necessa- 21
ria erat, cum semper ignorantia præsumatur *leg. ejusff. de probat. leg. penult. Cod. de evict.* Rota *coram Coccin. decis. 1131. numer. 6.* & quoad collationem passivam Canonicorum Michael motus fuit ad illam narrandum ex antiquissimo Statuto Ecclesiæ Majoricen. per Episcopum, & Capitulum unitim conditio de Anno 1276. ubi præscribitur hujusmodi Dignitates conferri debere solis Canonicis, & licet deficiat Confirmatio Apostolica istius

istius Statuti in narrativa impetrationis expressa, Michael tamen eandem credere potuit accessisse, vel ex antiquitate temporis 400. circiter annorum, seu ex Statuti observantia desumpta tam ex Depositionibus Testium, quàm
22 ex collationibus secuti, hancque credulitatem suffragari latè expendit *d. secunda Decisio R. P. D. mei Capraræ §. Et quamvis*.

Demùm nullius roboris iterùm apparuit tertia exceptio fundata in gravescenti ætate, aliisque ægritudinibus Sancelloni, et Michael Præcentoriam impetraverit sub spe gratiosam subrogationem de brevi obtinendi resistente eadem regula 29. de subrogandis exclusiva impetrantium hujusmodi Beneficia, cum tales impetrantes præsuman-
23 tur improbi litigatores, & non fovere bonum Jus, ut advertit Sarnen. *super eadem regula quæst. 16. nu. 2.* & Rota *coram Bichio decis. 187. num. 36. cum seq.* tùm ex quo Michael, ut dictum fuit credidit Præcentoriam conferri deberi uni ex Canonici ad formam præcitati Statuti, quam ex quo consensum à Capitulo pro hujusmodi provisione reportaverat antequam secuta fuisset provisio Episcopi in personam Sancelloni, & per consequens antequam idem Michael scire posset, an persona ab Episcopo providenda esset Senex, vel Juvenis, valitudinarius, vel validus, undè ex his fraudandi animus desumi non potest, in
24 quo fundatur regulæ rigor ex Rota *coram Bichio d. decis. 187. num. 39. & seq. & in Bituntina Jurispatronatus super subrogatione 5. Julii 1688. §. Etenim coram Reverendissimo Patre Domino meo Ursino cum aliis in secunda Decisione R. P. D. mei Capraræ §. Finali*.

Et ità conclusum utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Senogallien. Cappellaniæ.

Lun. 1. Julii 1686.

ARGUMENTUM.

Cappellano in Cappellania manuali non datur manutentio, cùm ad Beneplacitum Domini possit removeri dummodo remotio non fiat ex odio quod est justificandum cum de Jure non præsumatur pluraque alia in hac Decisione traduntur in ornatum *Disc. LXXX. & Disc. XCVII.* Card. de Luc. *de Benefic.*

SUMMARIUM.

1 C*Appellanus in Cappellania manuali amovibilis removeri potest etiam nulla urgente causa.*

2 *Hinc Cappellano ejecto nulla dantur remedia possessoria.*

3 *Cappellanus amovibilis removeri non potest, ubi dolosè remotio sequatur.*

4 *Dolus de Jure non præsumitur, & ad d. effectum plenissimè est justificandus.*

5 *Dolus removetur si concurrat in nominato causa affectionis.*

6 *Remotio Cappellani amovibilis fieri potest ad libitum Patroni, etiam nulla concurrente justa causa, ubi tamen Cappellania sit merè laicalis; secus si cum ordinarii decreto, & authoritate erecta.*

7 *Immutatio Cappellaniæ de laicali, & amovibili in ecclesiasticam fieri debet de consensu Patroni, & Episcopi.*

8 *Remotio Cappellani etiam authoritate Ordinarii legitimè dicitur facta etsi authoritas illius sequatur post factam remotionem.*

9 *Cappellanus est eligendus is in quem cadit verisimilis voluntas fundatoris.*

10 *Voluntas tamen debet constare cum aliàs Patronus hæres fundatoris valeat extraneum præferre ad exclusionem etiam proprii fratris fundatoris.*

DECISIO XI.

DOmini dixerunt substineri remotionem Petri Mariæ deservientis Cappellaniæ erectæ sub Invocatione Sancti Michaelis, & sitæ in Ecclesiæ Sancti Martini Senogalliæ, dandamque esse manutentionem Ignatio ad illam nominato à Petro Antonio dict. Cappellaniæ Patrono.

Potissima resolutionis ratio desumpta est ex ipsomet tenore fundationis dictæ Cappellaniæ, in qua Patronis permittitur -- *Che possa, e possino, habbia, & habbiano Jus, voce, e facoltà plenaria, & autorità amplissima d' eleggere, e nominare un Cappellano perpetuo, overo ad tempus amovibile*. Hac igitur inspecta facultate indubitatum est Petrum Mariam nominatum ea sub lege, ut nominatio durare deberet ad arbitrium, beneplacitum, liberam, & omnimodam voluntatem ipsius Patroni *summar. numer. 2.* removeri quandocumque potuisse etiam nulla urgente Causa. Removens enim Jure suo uti dicitur, & remotus conqueri non potest adinstar Conductitii famuli certa soluta mercede inservire dicatur *ad text. in Cap. Cum ad Monasterium 6. §. Tale autem de stat. Monach.* & juxtà opinionem firmiter in nostro Tribunali receptam, ut patet *ex d. 15. n. 3. & decis. 85. cor. Peuting. d. 96. coram Cavill. & in recent. d. 217. num. & seqq. part. 3. recent.* præter alias plurimas resolutiones collectas à Paulo Rubeo *in addit. ad decisionem secundam à numer. 222. part. 3. recent.* Cardin. de Luca *de Benefic. discurs. 80. num. 5. disc. 97. num. 6.* Eidemque sic 2
ejecto nulla suffragari possunt remedia possessoria reintegrandæ, vel retinendæ, cum ea non dentur precario nomine possidenti, cujus possessio mutata voluntate Concedentis injusta dicitur, ut præter Caryll. *dict. decis. 95. num. 6.* & Peuting. *d. 15. num. 23. 24. & 33. & 34.* & Cardin. de Luca *d. disc. 97. num. 6.* dixit Rota *d. 133. num. 3. & seq. par. 15. rec.*

Nec contra hanc indubitatam regulam afferri valet consueta, atque vulgata limitatio, videlicet hujusmodi 3
remotionem dolosè, & ex Causa odii factam fuisse impellente, & instigante Uxore Patroni Petro Mariæ jampridem insensæ, quæ eo expulso intrudere optabat Ignatium Filium ex alio matrimonio susceptum; ideòque sustineri non posse, Fagnanus *in cap. Cum ad Monasterium n. 40. de stat. Monach.* Rota *coram Cavaler. d. 72. n. 50. aliisque passim*.

Quoniam prætensus dolus, odiorumque Causa conclu- 4
dentibus probationibus non demonstrantur, ut opus fieret, Card. de Luca *dict. disc. 97. num. 11.* Peutinger. *disc. 16. num. 41. & 42. & disc. 217. numer. 10. & 11. part. 13.* Quinimò positivè excluduntur inspecta qualitate personæ nominatæ, cum Ignatius sit Patroni Privignus ab eo valdè dilectus, & domi loco naturalis, & legitimi filii retentus, quem si nominavit dimitto Pe- 5
tro Maria non dicitur idcircò odisse dimissum, sed majori affectione prosecutum fuisse Privignum nominatum, qua quidem affectione erga personam nominatam planum est tolli præsumptionem omnem odii, & malitiam, Caryll. *d. 96. num. 18.*

Parum refragante replicatione, quod non agatur de Cappellano serviente Cappellaniæ merè laicali absque ul- 6
la Canonica Ordinarii institutione, qui ex supra allegatis, & nulla concurrente causa dimitti posset, sed de Cappellano administrante Cappellaniam Ecclesiasticam ut patet, ex quo de ea institutus fuit auctoritate Ordinarii, cujus proinde auctoritate destitui debebat; ideoque remotionem auctoritate privata clandestinè factam referendam esse odio, & molestiæ, ut latè materiam examinando distinguunt Francis. de Ancostat. *in tract. de Causis piis lib. 3. c. 10. n. 42. cum pluribus seqq.*

Emisso namque subtiliori examine hujus distinctionis 7
ob duplicem rationem, ea minimè applicari visa est; Primò quia inspectis fundationis legibus cum indubitatum sit controversam Cappellaniam, nedum esse Laicalem, sed etiam ad nutum Patroni, semper, & quandocumque amovibilem in Ecclesiasticam, & perpetuam transmutata dici non potest nisi ex pluribus præscriptionibus, & Institutionibus appareat Episcopum, & Patronum immutare noluisse primæum statum eidem in erectione impressum. Hanc autem voluntatem nec in Patrono, nec in Episcopo numquam adfuisse clarè deprehenditur ex supra memorato mandato ad præsentandum Petrum Mariam, in quo ut jam retulimus mandans expressit, quod præsentatio fieri deberet ad tempus, & ad ejus beneplacitum liberam, & omnimodam voluntatem, & non alias aliter, nec alio modo, ex quibus profectò verbis cum clarè constet de abso-